ra passim ꝛ sine personarũ delectu oẽs quibus cõcessum est elige
re sepulturam potuerunt tã se q̃ꝫ alios quorũ sepultura in eoruꝫ
est electione apud eos eligere sepulturam sicut qui possunt libere
postulare possunt ꝓ se ꝛ alijs.s.de postulã.l.j.§.j.ꝛ colligitur per
decursum totius ipsius. ¶ Hec ob.verba decretalis dum dicit
apud eos elegerunt sepeliri ꝛc. ¶ Quia electio filij impuberis
facta per patrem ex quo consuetudo per se ꝓponit̃ videtur facta
per ipsum filiuꝫ sicut pupillaris substitutio facta per patrẽ dicit
filij testamentum.vt.s.de inofficio.testamẽto.l.papi.§.sed nec im
puberis.ꝛ de vulga.ꝛ pupil.substitu.l.patris ꝛ filij.ꝛ ideo dictũ
est in testamento patris ꝛ filij vnicam falcidiam obseruari.vt.j.
ad leg.falci.l.in rõne.§.quod vulgo.ꝛ hoc.C.de iure deliberan-
di.l.si infanti.ꝛ qd lex dicit vox patris vox filij.ꝛ econtra.C.de
impuberũ ꝛ alijs substitu.l.vlti.ꝛ ex quo talis cõsuetudo incerta
est seruanda est.vt extra de sepulturis.c.de vxore.ꝛ quantum ad
fratres seruabitur.ar.x.di.si in adiutorium ꝛ cum hec consuetu
do sit rationalis ꝛ a iure expresse approbata videtur sufficere
approbatã spacio.x.annorũ.v.C.que sit longa cõsuetudo super
rubrica.ꝛ.l.ij.j.qui ꝛ a qui.ma.liberi nõ fiant.l.sed fideicommissa
ria.§.aristo.ꝛ no.cõpostelanus extra de ꝯsuetudine.c.cuꝫ tanto.
Et archi.eo.tit.c.vlti.lib.vj.ꝛ ex his patet responsio ad.xiij.que-
22 stionẽ. ¶ †Circa quartumdecimũ quo queritur de pecunia ad
certum vsum relicta puta ad complendam ecclesiam de qua si
quarta detrahatur vsus impeditur ꝛc.an debeat quarta solui
videtur dicendum quod non exemplo pecunie alicui legate pro
seruo emendo.non enim de hoc legato falcidia detrahitur si per
hoc serui emptio impediatur.j.de fideicõ. libertatib.l. decem. et
ad leg.falci.l.si seruus.videatur ergo an idem fauor sit extenden
dus ad vsum pium aut standum verbis decretalis dicentis di-
stincte vel indistincte ad quoscunqꝫ certos leg.determinatos vsꝰ
ꝛc.ad id autem quod queritur an de legatis relictis fratribus
in testamentis cõditis tempore quo vigebat constitutio inter cũ
ctas debeat dari quarta ꝑ decretalẽ super cathedraꝫ an debeat
obseruari ipsa cõstitutio inter cũctas respondetur qd vltima vo
luntas fuit,confirmata morte condentis cum vigebat constitu-
tio inter cunctas tunc illa constitutio seruetur.vt in aut.vt cum
de ap.cogno.in princi.ꝛ in aut̃.hec cõstitutio interpretatur con-
stitutionem.ꝛc.vt.C.de testamentis.l. iubemus.ꝛ de legibus et
constitutionibus.l.leges et constitutiones.ꝛ ibi not.Si vero de-
cessit testator post.c. super cathedram. ꝛ sic anteq̃ꝫ testamentum
irreuocabilem sortiretur effectuꝫ tunc seruetur.c.super cathedrã
argu.optimũ.C.de vsuris.l.penul.Oldra.Jo.an.tamen in dicta
decretali super cathedram.§.huiusmodi.quo ad aliquos articu
los ex predictis videtur sentire cõtrariũ ex forma cuiusdam lite-
re quam dicit emanasse ab ipso Bonifacio papa.viij.in quadaꝫ
tamen aditione que dicitur fuisse eiusdem domini Joan.ꝛ que
est super dicta decretali super verbo de obuentionibus sit reperij
fore scriptum nõ simplex.sed si defunctus qui eligit sepulturam
apud ecclesiam dictorum fratrũ ordinauit illa in vltima volun-
tate tunc eiũ debet̃ quarta siue sint deplerij siue cerei siue cãdele
siue oblationes siue quecunqꝫ alia:ꝛ si defunctus illa non ordi-
nauit non debetur quarta extra eo.c.j.in textu.ꝛ gloss.ꝛ.c.ij.ꝛ.c.
de his ꝛ.c.super.ꝛ.c.in nostra.ꝛ hoc satis ptꝫ in ipsa decretali su-
per cathedrã que dicit de obuẽtionibus.ꝛ postea determinat in
ferius dum dicit de quibuscunqꝫ ꝛ quocũqꝫ modo relictis quod
intelligendum est in vltima voluntate vt ptꝫ intuenti. Si autem
defunctus leget aliqua fratribus ipsis:ꝛ nõ sepeliatur apud eos
nõ debetur.vt extra.e.c.j.in glos.que incipit.s.qd reliquit ꝛ si qs
facit testamentũ ante infirmitatem de qua moriat̃ ꝛ leget dictis
fratribꝰ.xx.ꝛ ꝓcedẽte tp̃e ĩfirmitatis eligat sepulturã apud eos
de predictis.xx.non debetur quarta.vt ptꝫ.e.titu.c.relatũ in glo.
que incipit in egritudine tamen et dicta decretali super cathe-
dram ibi in mortis articulo aut infirmitate de qua decesserit ꝛc.
23 ¶ Sed pone qd ipsis fratribus aliquis testator reliquit.xxx.et
ecclesie sue parochiali.x.an.de.xxx.libris relictis fratribus debe
tur quarta? dic quod nõ.Sed de toto iudicato.vt dicto.c.j.de se
pulturis.ꝛ.c.cũ super vbi dicit̃ qd de toto testamento seu iudicio
vel iudicato debetur quarta quod intelligi debet etiam de iudi-
cato sue ecclesie parochiali vt satis datur intelligi.eo.ti.c.relatũ.
alioqui sacerdos parochialis haberet vltra quartam qd habere
nõ deberet a minoribus vel a predicatoribus.vt ptꝫ dicta decre
tali super cathedram.sed.j.quartam habere potest puta si sit cõ
suetudo vt expresse ptꝫ extra.e.titu.certificari.Et ideo dicenduꝫ
sacerdoti parochiali tibi vel ecclesie tunc testator legauit decem
fratribꝰ vo.xxx.x.ꝛ triginta faciũt quadraginta:quarta de qua
draginta sunt.x.vnde cum habes quartam etiam debes esse cõ-
tẽtus.Si autẽ fratribus legasset.xxx.ꝛ sacerdoti octo dicenduꝫ
quod octo ꝛ triginta faciunt.xxxviij de tota hac summa debea-
tur sacerdoti parochiali quarta.ꝛ sic de alijs quantitatibus.
¶ Contra hoc tamen multũ facit extra de testamentis. c.officij.
24 Et qd no per Hof.in summa de sepulturis circa fi.† Sed pone
qd testator aliquid legauit alicui fratri rõne parẽtele vel ratione
deuotionis vel affectionis nũquid de hac debeatur quarta dici-
mus qd nõ qꝛ quarta debet̃ de his demũ que relinquũtur ratio
ne sepulture.vt.d.c.j.ꝛ.c.in nostra.extra de sepulturis.cum simili
bus.ꝛ iste testator legat nõ rõne sepulture:sed rõne consanguini-
tatis deuotionis vel affectionis ergo ꝛc.de his vero omnibus
que offerunt amici vel ꝓpinqui qui veniũt ad onerandum defun
ctum de bursa sponte q̃ offerunt super altari vel ad missas priua
tas non debetur quarta.vt patet ꝑ primã questionẽ positam in
prin.huius additionis Jo.an.Et etiam aduertendum qd dicta
decretalis super cathedram loquatur solum de fratribus p̃dica
toribꝰ ꝛ minoribꝰ ꝛ ꝑ cõsequẽs nõ sit ad alios extendẽda.vt etiã
ibi no.sm Jo.an.ꝛ ꝑ eundem extra de regu.iur.c.qꝛ iur.cõi ero-
bitauit lib.vj.tñ ex aliquibus scriptis autẽticis vidi qd Bonifa
cius in heremitis sancti Augustini hãc cõstitutionẽ voluit inte-
graliter

grauiter et inconcusse seruari. et ideo quo ad omnia in ipsa decretali contenta eam extendit ad carmelitas. vt habetur in conseruatorijs eiusdem frequenter an decretalis locum habeat in sepulturis tempore interdicti generalis. ¶ Ultimo quoad istam materiam quero questionem quam vidi in ciuitate bergomi que erat in generali interdicto supposita per papam Joan. xxij. propter delictum dni ci
25 uitatis: † quo interdicto durante multi parochiani in eorum testamentis eligebant sepulturam apud fratres predictos et multa legabant ipsis fratribus in commune eisque defunctis a parentibus eorum alijs secularibus de facto etiam contra voluntate et prohibitionem dictorum fratrum in ecclesijs vel cimiterijs eorum tumulabant et deinde heredes siue propinqui diuersas oblationes faciebant fratribus ante dictis vt orarent pro aiabus defunctorum. et querebatur vtrum de huiusmodi relictis vel oblationibus fratres tenerent dare quartam sacerdotibus parochialibus: dicendum est absque dubio quod non. nam certum est quod ipso interdicto durante nullus debet in ecclesijs seu cimiterijs sepeliri aut eligere sepulturam nisi hoc ex priuilegio reperiatur esse concessum probatur extra de priuilegijs. c. vt priuilegia. et ibi plene no. per Inno. et Hosti. in gl. signatis super verbo regularium. et eo. titu. c. cum et plantare. §. quod si templarij. et extra de penitentijs et remissio. c. quod multe. et omnes qui tempore interdicti in ecclesijs vel cimiterijs defunctorum corpora scienter sepeliunt ipso facto sententiam excommunicationis incurrunt. vt habetur in clementinis de sepulturis. c. eos. et per hoc patet quod fratres non possunt corpora talium defunctorum in eorum ecclesijs seu cimiterijs sepelire nec pro sepultura eorum aliquid recipere ne forte videatur sepulturam illicite a dictis secularibus attentatam per subsequentem receptionem huiusmodi approbare. ar. j. q. j. c. constat in textu et glos. et xxxj. q. ij. Si verum. et ibi. in glos. Quis liceat ipsis fratribus pro talibus defunctis si in penitentia decesserint recipere mortuaria vt scilicet orent pro animabus eorum. xi. q. iij. c. quicunque etc. relicta ipsis fratribus in testamen. talium defunctorum vt plene no. per Innocen. et Hosti. extra de excessibus prelatorum c. tanta super glo. signata super verbo post interdicti violationem. cum igitur tunc demum fratres predicti secundum predictam decretalem super cathedram ad quartam soluendam teneantur cum per electionem sepulture legitime factam in eorum ecclesijs siue locis corpora parochianorum sepeliuntur quid iuris si non elegissent sepeliri apud eos forent in ipsis ecclesijs tumulanda vt in predicta decretali dicitur et supradicti doctores tenent et notant cum hoc fiat in recompensatione iniurie que parochialibus ecclesijs fit ne debitis beneficijs fraudentur: vt predictum est. sed predicti parochiani tempore predicto de iure non poterant eligere sepulturam nec sepeliri de iure in ecclesijs vel locis ipsorum fratrum nec in ecclesia parochiali vel etiam aliqua alia vt predictum est per dictum. c. eos qui. ergo ipsis sacerdotibus parochialibus nullum paratur preiudicium per id quod de iure nullum sortitur effectum. extra de iure patronatus. c. quod autem et c. illud et de regu. iur. non prestant impedimentum. li. vj. et no. de electione. c. auditis. in vltima glos. nec relicta et oblata pro mortuario fratribus et ab eis iuste recepta per electionem sepulture et quo ad sepulturam que nullius sunt momenti possunt quilibet defalcari. ar. s. e. l. si seruus legatus. §. si seruus alienus et l. fundus sub conditione. §. cum statulibe. de conditio. et demon. l. hec conditio. et xxvj. Dy. c. deinde in fi. et in casu predicto cessat causa predicta ex qua danda est quarta parrochiali. s. in recompensationem in iure qui vt dictum est nec in sua nec in aliena potest de iure sepeliri per consequens cessat effectus vt dictum est. concluditur ergo quod de relictis predictis vel oblationibus fratres predicti aliquam partem dare non teneantur. et si dicatur quod fratres predicti de facto sepeliant tales personas quas sepelire non licet, et pro funere funeralia multa recipiunt: respondetur quod si hoc esset quod absit ipsi pro tanto excessu tenentur satisfacere illis quorum violant interdictum vt dicto. c. eos qui in clementinis de sepulturis: et quod etiam in hoc casu non daretur quarta aliqua sacerdoti parochiali quia tunc solum quarta debetur quando in casu concesso sepeliunt alienum parochianum non autem quando in casu prohibito extra de sepulturis. c. ex parte primo in glo. Bert. et c. cum liberum. et c. in nostra. §. fi. vbi Inno. sic dicit si vero is de quo agitur apud hospitalarios non de iure sed de facto sepultus est tunc de relictis eis nec partem reddere parochiali ecclesie sed corpus tantum et oblationes que occasione sepulture facte sunt. s. eod. l. ex parte primo. et hec Innocen. ibi ex quibus patet et etiam si fratres contra ius sepelissent parochianum alienum nullo interdicto ecclesiastico subiectum qui de iure potuisset et debuisset in parochiali ecclesia sepeliri quod de relictis vel alias ablatis ipsis fratribus non sepultura vel occasione sepulture ipsi fratres nullam partem sacerdoti reddere tenentur sed tantum corpus et omnes oblationes occasione sepulture receptas et multo magis dicendum est eos non teneri de al-

cite receptis per ipsos occasione funeris de facto presumpta dari portionem aliquam sacerdoti cui nullo modo personam inter dictam competit sepelire et cui nulla fit iniuria ex tali sepultura de facto presumpta et receptione funeralium illicita et per consequens non competit sibi actio ad quartam cum male accepta seu ablata non veniant diuidenda. s. fami. her. l. cetere. §. sed si quid. cum si. sed potius illi contra cuius interdictum facta est iniuria pro tali sepultura est emenda et restitutio facienda et in hanc sententiam concor. fuerunt dominus Oldr. et predicti alij doctores et aduocati romane curie et hec de ista vtili materia sufficiant an illa decretalis locum habeat in alijs ordinibus non mendicantibus vel mendicantibus vide Joan. and. de reg. iu. cum exorbitate. libro. vj. et de ista materia de sepultis vide Gof. et Host. et specu. lator. in ti. de sepulturis et Archi. xiij. q. ij. vltima voluntas. et plenius. c. placuit. et extra de pactis. ca. j. lib. vj. cum ibi notatis.

1 ¶ Maius qui potest minus etiam potest.
2 Mater an habeat vsumfructum omnium bonorum filij stante statuto. etc.
3 Legatarius non potest in plus grauari onere fideicommissi quam receperit.
4 Legatarius rei legate incapax an possit estimationem capere.
5 Substitutio directa quando ad obliquam trahi possit.
6 Uerba directa a testatore prolata obliquantur in extraneo et maiore.
7 Potestas patrie estimari non potest.
8 Legatarius edium legatarum efficitur dominus.
9 Rogatus non subiacet oneri restitutionis ante diem fideicommissarij cedentem.
10 Filij exheredati excludunt fideicommissum relictum in defectum liberorum.
11 Conditio apposita intelligi debet sicut iacet.
12 Preceptum nudum testatoris est inualidum.
13 Aduocatus non tacens ad iussum iudicis an incidat in penam.
14 Ecclesia an possit alienare predium sibi legatum cum pacto ne alienetur.
15 Prohibitio facta filijs ne alienetur an ad nepotes extendatur.
16 Exheredati et non instituti admittuntur si fundus contra prohibitionem in testatoris extra familiam alienam.
17 Heres liberatur specie legata siue sua culpa interempta.

1 **Filiusfa.** † Qui potest maius potest minus. h. d. vel clarius licentia testandi a iure concessa etiam in onere trahitur ad causam intestati. h. d. Et vide quod no. s. e. l. si titio. §. fi. et l. seq. ibi potest fideicommittere et fideico. relinquere. Dy. Et collige ex textu et secunda glo. quod quando precedunt duo extrema que diuerso iure censentur dispositio sequens respicit illa secundum suum esse in glo. prima ibi. l. ij. vbi pater omnia occupat iure peculij. Dyn. Et ibi notat in glo. et male quod filiusfa. non potest facere codicillos quod falsum est vt hic patet in glo.

Si libertus. Ibi decesserit sine liberis. Dy. ibi debitas patrono. Oldra. Ibi relinquere quod pot distribui per testamentum et codicillos. Dy. facit iste. §. ad
2 questionem † si statutum est in ciuitate quod mortuo filio mater in bonis eius debeat habere vsumfructum partis legitime filius decedit an mater habebit vsumfruc. omnium bonorum an tantummodo sue legitime. et hic est arg. quod tantum legitime: quia si filius testamentum condidisset vltra legitimam onere fideicommissi eam grauare potuisset. vt hic. ergo non videtur plus ei debitum ab intestato non tamen dico quod hoc verius sit. Dy. et no. quod dictione vsque quam hic ponitur exclusiue de qua plene dixi. C. de pecur. auten. quod ius et in alphabeto.

3 **Apud marcellum.** † Legatarius non potest in plus onere fideicommissi grauari quam recipit. h. d. secundum Dy. vel sic legatarius onere intrinseco post tempus grauatur: alio extrinseco in eandem dilationem recte grauatur. licet purum onus extrinsecum repellatur. h. d. Et facit. j. de fideico. lib. l. generaliter. §. si rogatus. et de leg. ij. imperator. §. j. ibi quid iuris sit. i. an secundum fideico. sit vtile quoniam de primo non dubitatur. Dy. Ibi ait marcellus et bene. et j. in ver. sed si titij maledixit marcellus. et ideo corrigit. Dy. Ibi sed titij fideicommissarium. i. fideico. titio relictum. Dy. Ibi collatum sed simpliciter relictum. Dy. et pure ibi sed vix est. i. incredibile et corrigat marcellum tantum in prelibato. Dy. Ibi prestare. s. titio. Dy.

4 **Si quid alicui.** † Si legatarius rei legate non est capax propter sui causam non insurgentem ex delicto licet rem non capiat capit estimationem. h. d. Ibi fuerit relictum a testatore sciente vitium vel defectum legatarij. Dy. et hoc tollitur contrarium. Dy. Ipse scilicet legatarius. Dy. Ibi accipiet. s. ipse legatarius. Dy. In glo. vt muto ibi causidici. i. aduocati. vt. C. de postulan. l. quisquis. et istud est bonum exemplum ad id quod dicit de qualitate persone puta quia res legata est

talis que requirit certam industriā in legatario. Oldra. vt qꝛ ad uocatus annuatim ꝑcipiebat ꝓ eius patrocinio ꝛ aduocationibus certū quid a quodā monasterio ꝛ hoc ius legatur alicui muto vel illiterato. Jacob. De qualitate etiam persone posset poni exemplum. C. non licere habitato metrocomedie loca sua ad extraneum transferre. l. j. lib. xj. Et facit quod si aliquis prohibeatur alienare rem in, nō subditū qđ si legat, debeatur estimatio ꝓ istū. §.

a Bar. Jac. Jbi vel dic hoc est bonū exemplū,[a] ad id qđ dicit de vitio persone. Oldr. Jbi vt seruo qui seruus ad illam militiam industriā habet ꝛ possibilitatem nature sed ius ei nō assistit. Ol. Jn glo que causa. in fi. Cōsiderata possibilitate nature. Oldr. Et potes ponere exemplum vt qꝛ relinquitur fundus militi loco in quo militat. vt. ȷ. de re militari. l. miles. Jaco. Jn glo. vlti. in fin. ꝛ dic vt vtrobiqꝫ no. ꝛ. s. e. l. apud iul. §. fin. vel posset hoc poni in eo qui coactus est vēdere seruos suos ideo quia fame eos afficiebat qui eos habere non potest. vt. s. de his qui sunt sui vel alieni iuris. l. ij. modo isti legetur seruus quem vendere coactus fuerit non habebit estimationem vel dic aut testator sciebat eius talem esse cōditionem ꝛ tunc debeatur estimatio alias non. vt. ȷ. de leg. iij. l. fideicom. §. si seruo. Jaco.

[a] Exemplū Adde albe. i trac. stat. i. ij. parte qō. ij. ꝛ Bar. ꝛ Andre. bar. i addi. hic.

5 **Ut quis heres.** †Hereditate rogantis vel rogati vsqꝫ ad cōmodū ex testamento receptū directa substitutio facta extraneo trahitur ad obliquam. h. d. Jbi rogari non potest hoc modo lego tibi fundum et rogo vt titiū heredem instituas. Dy. Et dic rogari. i. per rogatione cōpelli. Jaco. cū effectu vt cogatur rogatus illum sibi directo facere successorem. ꝛ est ratio vt no. ȷ. ad trebellianum. l. ex facto fm. H. ¶ Sed tale rogamen trahitur ad fideicōmissarium ꝛ rogantis hereditas in fideicō. venit vt hic i prin. nisi expresse de hereditate rogati dixisset testator. vt in. ij. rñso huius. §. vel tacite vt facias coheredem ꝛc. vt. ȷ. ti. pro xi. l. imperator. §. vlti. Oldra.

b Jbi hereditatis sue. s. rogati. Dy. Et dic hereditates. id est bonorum que destinatione futura est hereditas simile. s. eo. l. quesitum. §. si mihi seruus. ꝛ facit ad questionem quam ibi dixi. Jbi quatenus scilicet deducta falci. trebellianica ꝛ fructibus eius. vt

6 ȷ. titu. j. cū pater. §. titio. Jaco. que hic allegatur in glo. †Et no. quod etiam in extraneo ꝛ maiore verba directa a testatore prolata obliquantur. vt valeat fideicō. ꝓ hoc. ȷ. de leg. cū quis decedens §. seia. quod raro ita clare inuenies ꝛ ꝓ hoc. ȷ. ad trebe. l. sceuola sed que est ratio quod hoc nō valet iure directo dic quod auferret heredi liberā facultatē testandi quod esse non dꝫ. C. de sacro. eccle. l. j. ꝛ ita no. in glo. ȷ. ad trebel. l. ex facto. in prin. vel dic qđ ratio est q̄ no. in gl. C. de codicil. l. ij. s. qꝛ grauamē directū aufert totum heredi obliquum vero siue fideicō. relinquit sibi quartam.

b Lucius. Adde etiā in d. l. lucius. ange. ꝛ imo. ꝛ in l. ex facto. §. finali

7 **Secundum vulgarem.** †Patria potestas inestimabilis est. h. d. Ad hoc sepe allegatur ꝛ est estimabilis qꝛ sacra. vt no. glos. C. de col. l. filie licet in sacris. quā tene cordi. ꝛ vide qđ no. s. si quis omissa causa testamenti. l. mater. ꝛ institu. de ado. §. licet sic ꝛ libertas. vt. ȷ. de reg. iur. l. libertas. sic ꝛ liber homo. Et quod dicit secundum vulgarem formā. i. fm regulā que est vt nō possit qs in plus grauari quā honoretur. vt. §. apud marcellum. ꝛ. C. de fideicōmissis. l. ab eo. cum similibus. Jbi non cogitur iure actionis etiam si legatū acceperit: sed officio iudicis cogitur. vt. ȷ.

c de condi. ꝛ demon. l. sicut. ꝛ est ratio quia non debet plus grauari quam percepit. vt dixi. sed hic non potest fieri cōpensatio oneris ad emolumentum: ꝛ ideo non cogitur qꝛ hic grauatus erat filios relaxare de sua potestate que inestimabilis est. Dynus. Et vide ad hanc materiam quod not. s. de adoptio. l. non potest. de verbo. oblig. l. vtrum. C. de inofficio. testamento. l. filius matrē. ꝛ de fideicō. l. quis. ȷ. ad trebell. l. cogi. §. si pater. ꝛ. l. vbi pure. ꝛ. l. imperator. ꝛ intelligas istas gl. sicut dixi quod si pater agnouit legatum emancipare cogitur officio iudicis alias secus. vt not. etiam dicta. l. si cui. de condi. ꝛ demon.

c Alienatio Adde Bar. hic ꝛ ang. cōsilio. cxxxviij. Paul. de cas. cxxxiiij. Old. cōsi. ccv. ꝛ per Bald. consil. ccccxxxv. in. ij. volu.

Edes. Jn glo. prima ibi fm quosdam hec non conuenit litere quia loquitur de edibus legatis destruēdis ꝛ ideo dic vt sequitur in glo. Dy. ꝛ oldra. Sed nec ista bene con

8 uenit litere. Jtem videtur falsa † qꝛ legatarius effectus est dñs edium legatarū: ꝛ ideo posset eas destruere ꝛ in alias suas edes transferre vt. s. e. l. cetera. ꝛ. C. de edific. priuatis. l. si qs post hac. ergo testator poterit illud mandare cum non sit contra senatusconsultum: ꝛ ideo pone casum sicut litera sonat quod ego legaui edes cum conditione destruendi. talis adiectio nō valet quia est contra ius: puto tamen quod conditione remissa tanq̄ impossibili teneat legatum. vt. ȷ. de condi. ꝛ demon. l. obtinuit. secundum quam credo intelligi ꝛ determinari debere istum. §. ꝛ glos. j. §. proxi. cōmuniter est corrupta dum dicit. ȷ. de optio. leg. si pater filio. debet dicere si pamphilo.

9 **Diui seuerus.** †Ante diem fideicommissarij cedentem oneri restitutionis non subiacet rogatus sed subiacet oneri cautionis. h. d. Uel sic vbi fi li iosa. relinquit aliqd post tēpꝰ vr̄ tps eꝰ fauore adiectū ibi fratris sui. scilicet testatoris. Ja. Jbi posse restituere. i. restituendo liberari. Dynus. Jbi aliquis ex his cui erat restitutio facienda. Dy. ibi non omnibꝰ. sed superstitibus tantū debet restitui. Dy. ꝛ Jac. Jbi heredem posse. i. debere. Dy. Jbi possideant ꝛ detineant. nam nō dicitur possidere q habet pignus pretorium ar. ȷ. de acquiren possessio. l. iij. §. genera. in fi. §. Secus in eo qui habet pignus cōuentionale. vt. e. titu. l. j. §. per seruum. Dy. Jbi ꝛ seruus cui erat restitutio facienda. Dy. post tēpus. Dyn. Jn glos. prima in fi. impleta cōditione. Jacob. Jn. glo. si ergo emancipet ibi presumatur patri imo debet dicere patruus. Jacob. Jbi fauore filiorum si hoc esset verum ergo ipsi volentes possent fauori suo renunciare. vt. l. potest. ȷ. ad. l. falci. cuius contrarium dicit textus ibi nec quidem ex voluntate eorum. Et ideo dic quod fuit in patris odium ꝛ ideo voluntas ipsorum filiorum nihil facit. Oldra. hic enim erat adiecta conditio emancipationis in odium patris cui renunciari non potest. ar. eius quod dicimus de maced. C. ad mace. l. fi. pe. vel dic qđ aut in ꝓmatura restitutiōe vertitur vel verti posse speratur interesse alicuius alteriꝰ quā restituentis: ꝛ tūc fieri nō debet ꝛ facta non liberatur. sic asus existāt detegens interesse. si autē nullius alterius interest vel interesse pōt nisi restituētis habeat locū. l. post mortem. ꝛ sic etiam ad concordiā reducuntur. Oldra. Et dic vt no. ȷ. ad trebel. l. sed et si alio loco. §. si quis sub conditione. ꝛ plene dixi dicta. l. post mortem. in glo. scilicet possit in fi. vt. ȷ. ad trebel. postulante. ꝛ. l. cogi. §. idem metianꝰ. ꝛ. l. quidam. ꝛ. no. eo. titu. l. apud iulia. §. vtrum. ꝛ argu. ȷ. titu. pro xi. l. cum quidam. Old. ꝛ pro hoc etiam facere videtur. ȷ. titu. proxi. l. cum pater. §. hereditatem. sed ibi loquitur anteq̄ cesserit dies legati vnde dic vt ibi no. ꝛ. s. e. l. cū filio. in fi. Dy. Et hec additio Oldra. procedit ꝓut habes in glo. ꝛ dic secundū Azo. ꝯtra: sꝫ dñs Rai. habuit sicut ꝛ ego habui in glo. ꝛ dic fm Azonem etiā si decesserit ꝛ ideo reprobat glo. quia si decessit post diem legati cedētem transmitteret ad successorem. vt. s. eo. l. cum filio. sed glo. posset saluari etiā, sicut habuit Ray. ꝛ ego. si pater erat successurus istis premortuis quia testator nullum patitur ad hereditatem eorum peruenire nisi eis emancipatis. ꝛ ideo repellitur expressa voluntate testatoris etiam si moriantur post diem legati cedētem: secus si haberent alios heredes: ꝛ sic potest saluari glos. extra gloss. opponit Ray n. ꝛ facit magnum festum de isto contrario. C. de penis. l. j. vbi potest fieri restitutio ꝛ ante. sed ibi loquitur in pacto inter viuos hic in vltima voluntate. hoc est contra textum hic dum dicit nec quidem ex voluntate eorum. alij dicūt quod hic erat adiectū in fauorē filiorum q supstites essent tpe fideicōmissi. sꝫ tūc possent renunciare eorum fauori. vt dixi. ꝛ ideo dic qđ hic adiecta erat conditio in odiū patris vt predixi.

10 **Cum quis erit.** Alˀs cū erit. ꝛ subau. aliqs † filij etiam exheredati fideicōmissum relictum in defectū liberorū excludūt. h. d. in glo. etiam exheredati ibi. l. familiaria. ꝛ hec probatur. ȷ. ad trebel. l. ex facto. §. vltimo Jaco. Dy. ꝛ Oldra. Et de hoc dic vt plene dixi. C. de cōditionibus insertis. l. j. Et no. ꝛ tetigi. s. de heredi. instituē. l. lucius.

b [b] in vltima glo. in eadem gl. ibi esse possunt ꝛ pro hoc facit quod sit secus quando exheredatus quia idem non esse filium. vel esse. sed esse exheredatum. vt. ȷ. de cōiūgē. cū emanci. liberis eius. l. j. §. si pater. ꝛ institu. de succes. libertorum. §. sed nostra. sed tamen cōtrariū videtur verius. vt deficiat conditio siue sit heres institutus siue exheredatꝰ. vt dicit iste textus. ꝛ pro hoc faciūt. ll. hic in prin

11 ci. allegate in glo. Jtem quia conditio importat nudū † ꝛ qꝛ cōditio vbicūqꝫ apponitur debet intelligi sicut iacet vt. l. meiꝰ de cōdit. ꝛ demon. ꝛ. l. quidā cum filio. de verbo. obli. in eadem glos. ibi. sed tunc. s. quādo cōtēplatione filiorum verba erāt apposita. Dy. Jbi vtrūqꝫ requiratur ad excludendum conditionem fideicōmissi. s. quod supersint ꝛ sint instituti. Oldra.

12 **Diui seuerus.** †Nudum preceptum testatoris nō valet. h. d. fm dy. Et ad hoc sepe allegatur vel clarius ꝓhibitio alienationis facta sine causa vel non expressa persona ad quam testator velit rē pertinere alienatione facta non valet. h. d. iste. §. secundum Oldra. Sed si alie

c natio [c] ꝓhibeatur fieri certe persone bene valet prohibitio. ȷ. de leg. iij. l. vxorem. §. agri plagam. vel sic prohibitio alienationis in vltima voluntate certe cause vel respectu persone valet non tamē preiudicat hereditario creditori sed facta simpliciter vitiatur. h. d. Et vide questionem quam dixi. s. e. l. seruo legato. §. si ab impubere. ꝛ. s. hac eadem. l. §. si quid alicui, ibi id fieri velint. i. ab alienatione abstinere. Dy. Jbi nudum preceptum. i. sine causa. Dy. ꝛ pena seu persona adiecta: ibi talem legem. i. prohibitionē sine causa. Dy. Jbi dicere ita quod dicenda habeat effectum. Dy. Jbi significarent. i. alienationem prohiberēt. dy. Jbi neqꝫ fisco q est de numero creditorum. Dy. Jbi fraudi. i. damno. Ol.

Jbi nam

ibi.nam si heredis bona.quod est.j.r dic quod de p̄senti bona sunt heredis fuerunt tamē hereditaria.Dy.ibi sequunť.i.eadē cōditionez patiuntur sicut r alij.Et ita patiuntur venditionē si aliunde de bonis hereditarijs solui pōt nō possint.vt.j.de lega.iij.l.pater.in prin.Dy.collige ergo ex isto.§.illud ad quod sepe allegatur:vt dixi in casu summario.s.qd preceptum nudū testatoris nō valet ad qd cōcor.j.tit.proxi.l.peto.§.predium.r l.cū pater.§.libertis.r.l.codicillis.§.ij.l.pater.§.iul'.agrippa.r.l.is.qui cum plures.r.l.lucius in autentico de restitutio.fideicōmissa.per totum.colla.x.Et de ista alienatione facta contra ꝓhibitionem testatoris vel legis vel contra pacta contrahentiū satis nota.r dixi.C.de rebus alienis non alien.l.vlti.r de cōdi.ob causam.l.eadem.l.r facit iste.§.cum concor.ad questionem

13 ecce†qd quidā aduocatus allegabat coraz iudice.iudex precepit ei qd sub pena.lib.x.deberet silere aduocat⁹:nō obtemperauit precepto nunquid aduocatus incidat in penam.hic est arg. quod nō q: preceptū iudicis fuit nudum r sine causa.r q: iuris executio nō hʒ iniurias vt.j.de iniurijs.l.iniuriarū.§.j.r licitum est allega.vt.s̄.de neg.gest.l.at qui natura.§.cum me.et de iure nec iniquo precepto iudicis est obtemperandum.vt.C.de iure fisci.l.ꝓhibitū.li.x.nec videtur culpā cōmittere q facit fm ius.s̄.de peti heredit.l.si qd possessor.imo etiā officiales iudicis puniuntur si non resistant iniquo precepto iudicis.vt.C.de ap.l.qm̄ iudices.r de defen.ciuitatis.l.oēs.incōtrarium est.s̄.ex quibus causis maiores.l.sed r si per pretorē.§.sʒ si cū decreto obtēperauerit.l.j.communi diui.l.is cū quo.r ad leg.aquil'.l.quemadmodum.§.penulti.r quia iudex dicitur ius facere etiaʒ si inique decernat.s̄.de iustitia r iure.l.penulti.Et pro officio iudicis presumitur.vt dicta.l.iniuriarum.§.ij.j.de iniurijs alias frustratoria essent precepta iudicum quod esse non debet.vt.s̄.de iudicijs.l.cum pretor.r ne quid in loco publico.l.finali.Consueuit dici per doctores quod si iudex fecit preceptū cum cause cognitione r ex iusta causa aduocatus inciderit in penam alias nō.p hoc.C.de postulādo.l.j.r cū ibi notatis r de modo mulctar.l.eos

14 cum his que ibi notantur r dixi maxime circa fi.l.†Itez cōsueuit hic queri si aliquis dedit vel legauit prediū suū ecclesie sub conditione quod nō posset alienari r si cōtra fieret posset reuocari an ex iusta causa ecclesia possit alienare de ista questiōe:dic vt no.in questionibus bartholo.brix.quarta questione r in gl. extra de conditio.appositis.c.verū r dixi.C.de sacro.eccle.auť. hoc ius porrectum.ver.sed vltra p̄dicta quero.Itē querit.Dy.

15 †an prohibitio facta filijs ne alienetur extendatur ad nepotes r videtur qd sic q: filij appellatiōe rc.vt.j.de ver.signi.l.iusta.r l.liberorū.vbi de hoc in contrarium videtur quia nepotes ap.filiorū in propria significatione nō cōtinentur vt institu.q.dari tuto.possunt.§.fi.r.s̄.de testa.tute.l.qd si nepotes.vbi de hoc dixi sed solum ex interpretatione que interpretatio hoc casu non videtur habere locum cum odiū cōtineat.s.qd liceat cuiqʒ de suo facere quod vult vt.C.mandati.l.in re mādator.r dic quod casus est nepotes nō cōtineantur in auť.de resti.fideicō.§.nos igitur.coll'.ix:r vide quod dixi.de leg.iij.lucius in prin.in glo.sed nōne gratia heredis ibi admittendus ad reuocationem.Ol.in fi.quia hic pure relictum:sed alienari prohibitum quod sine cā non valet ibi sub modo relictum vt emeretur r non alienaretur de quo implendo cauetur etiaʒ si causa non sit inserta vt.j.de.l.iij.l.si tibi legatum r no.C.de conditio.insertis.l.j.non autē tollit contrarium affectio eius cui sit preceptum vt pater.j.de leg.in.l.pater.§.iul'.agrippa.Ol.in glo.j.si bona ibi separatione petita a creditoribus hereditarijs.Dy.ibi si bona heredis ꝑ aditionem facta.Dy.ibi bona defuncti hec vera.Dy.in gloss.s.isti ibi superat es alienum r aliunde solui non potest ne sit cōtra.j.de leg.iij.l.pr̄ in prīci.Dy.ibi hic defuncti r hec vera.Jac.r.dy.

16 **Cum pater.** †Si fundus alienetur extra familiaz contra prohibitionez testatoris exheredati r non instituti admittuntur ad reuocationem si vero in familia manet:nō est locus reuocādi.h.d.ibi alienaret adiecta causa sequitur.Dy.r vt rc.que est iusta causa prohibitionis et sic valida.Dy.ibi filius r ideo exheredatus poterit reuocare ꝑ tertia.Dy.ibi petere fideicō.pro duabus partibus que eos cōtingunt sed tertia que contingit scriptum heredem penes legatarium remanet vt.j.de.l.j.l.vnū ex familia.§.sed si vno.r.§.fe.si duos.Dy.ibi.qd euenit.s.qd possit reuocari.Dy.ibi.'alienasset extraneo cōtra ꝓhibitionē testatoris.Dy.sufficit eīn qd fuerint de familia tempore testamenti vel tempore mortis aui.vt j.titu.proxi.l.peto.§.fratrem.r.l.cum ita legatur.§.v.Dyn.in gloss.institutum in fin.r melius.j.titu.proxi.l.vnum ex fa.§.sed si vno.Old.vbi dicitur quod reuocant solummodo partes suas.Jac.in glo.vt fundum in fi.r hoc.ideo quia sufficit tempore testamenti vel mortis testatoris fuerunt in familia vt dixi in expositione litere.

17 **Interdum.** †Interitus speciei legate sine culpa heredis ipse heres liberatur.h.d.in gloss.nam primo ibi liberetur forte ea ratione q: res mortua amodo non poterit estimari.Dy.in fi.r.s̄.e.l.titie textores.§.fi.Dy.r.j.si cui plus q̄ per.l.fal.l.j.§.fi.r.l.sequēti.Dy.

1 Uerba equipollentia idem operātur quod propria.

1 **Et hoc modo.** †Uerba eqpollētia idē operanť q̄ ꝓpria ꝑ hoc C.de sententia q̄ sine certa quantitate.l.hec sentētia in glos.ibi.de vsufruc.legato.l.generali.hoc est contra r ideo solue vt ibi no.Jac.

1 Datio particularis inducit vniuersi diminutionem.
2 Legatū heredi factum nō valet pro ea parte pro qua est heres.
3 Coheredi a seipso non potest legari.

1 **Legatum.** Ibi qua.i.propter quam.Dy.Et ponit diffinitionem legati.r no.†qd particularis co.seu datio vniuersi diminutionem inducit r hoc dicit istud.prin.in gl.j.diminutio hec verba.Dy.ibi.proprie sed tūc deliberata causa propter heredes deliberatur aderat vel non.Dy.ibi.in legando sed certe nihilominus valet legatum si testator nō debeat.Dy.

2 **Heredi a semetipso.** †Quādo heredi legatur pro ea pte nō valet legatū ꝑ qua est heres r pro ea pte q̄ nō valet accrescit cōlegatario vt.s̄.e.l.plane.§.si duob⁹.Dy.ibi legatus sic r duob⁹ extraneis qd est.j.Dy.r dic duob⁹ extraneis expssis ꝓprijs noībus:alias secus vt.s̄.de here.insti.l.incerdū.Jac.ibi ad here.hic soluit.Dy.ibi sexta.quidaʒ habent ius r male.Dy.r dic sexta pars.s.tm̄.Dy.ibi nō pōt r ideo de parte ei contingente iure hereditario nihil retinet.Dyn.ibi extraneis.s.legatarijs.Dy.ibi tertia semissis.Dy.ibi trientē singulū.i.triētes.Jac.r sic trientē totius fundi.Dy.dic qd vno modo legiť fm Jo.r azo.qd testator instituit duos r vni ex heredibus fundū legauit r duob⁹ ex

3 traneis r qriť q̄s partes habeant in legato r respondeť†qd coheredi a seipso legari nō pōt sed a coherede tm̄ r sunt tres legatarij r heres hʒ in fūdo tertiā semissis.i.duas vncias duo vero extranei habent sexuncias.i.totā partē heredis legatarij.itē ab alio herede triētē ptis sue r sic duo extranei habebūt dece vncias i fundo.r heres legatari⁹ duas vncias:r alio mō fʒ R.q dixit vereor ne huic interpretationi voluntas testatoris cōtradicat:r ideo dixit fundū debere sic diuidi q: heres legatari⁹ ī sua pte habebit duas vncias iure institutiōis r in parte coheredis duas iure legati:r sic habebit q̄tuor vncias r duo extranei octo r sic erit eqlitas:sʒ opi.Jo.r Azo.ē verior q: a seipso seu de sua pte nihil capere pōt r ideo collegatarijs accrescit.vt in gl.not. in gl.i.in quib⁹.in fi.So.vt ibi no.r.s̄.e.l.plane.§.si coniunctim. r.l.huiusmodi.§.si titio.Dy.Jac.de bel.r Ol.q: hic legatari⁹ idemqʒ coheres non erat capax ipso iure licet non in effectu.vt plene dixi.j.dicta.l.huiusmodi.§.si titio.

Alienus seruus. In gl.ibi ipse heres al's ip se dñs r est planior.Jac.

Seruo hereditario. Id est alicui⁹ hereditatis iacentis.

Fundus. Ibi fundo heredis.s.debuit seruitutē.Dy.ibi confusione dominij quia heres fact⁹ est dominus predij seruientis r dominantis.Dy.

Si quid. Alias siue.r dicit qd legatuʒ relictū ciuitatib⁹ gratia honoris vel ornatus est validū r concor.j.eodē.l.ciuitatibus ibi in distributione.s.vt distribuatur inter ciues.Jac.

Et eo modo. Uerba que sequūť primaz institutionē inducūt fideicommissum.hoc dicit.Et dic precedēte institutionez sic nō obstat.C.de testamentis.l.qm̄ indignum.

1 Prohibitio rationū reddendarum quid operetur.
2 Peculium legatū seruo deducitur qd dño debetur.

1 **Si seruus vetitus.** †Prohibitio rationum reddendarū negligētie remissionē nō reliquorū vel fraudē inducit.h.d.Et idē pōt dici in tutore liberato a reddi tiōe rōnū de q̄ satis dixi.s̄.de admi.tuto.l.qdā decedēs.ibi rationes r liber esse iussus.Dy.ibi r ideo id est q: nō sequiť vt non reddat qd hʒ apud se.Dy.Sʒ qd ꝓdest hoc seruo legare nam si māsit seru⁹ legatū nullū est.vt.s̄.e.l.si minor.r.C.eo.l.seruis.

Adde bart.adhanc.l.iij.sili in.l.j.de no.ope.nun.

Questio notabilis quaz ego B.r.habui de facto coram dño locumtenente isti⁹ ciuitatis lugduñ.nā cū patrocinarer ꝑ qdā scholastico detēto i carceri b⁹ regijs ipo sūt mihi silētiū locūtenēs sub pēa.xx.librarū r allegabat q̄ detēt⁹ debebat rñdere sine patroni ministerio ego appellaui:q̄scie bā vbi iacebat hec singl'aris q̄stio q̄ venit causi dicis apprime cōmēdanda.

Si liberū esse iussit nō tenetur reddere rationē. vt. s. de neg. ge. l. que vtiliter. §. qui pure. si fideicommissariā libertatez reliquit nō tenetur de eo qd nō hz penes se. ī. de fideicō. libertati. l. si pu re. ita qd de fraude non tenetur etiam ex generali clausula. vt. s.
2 de nego. gest. l. eū actū. z l. at q natura. §. j. †vbi seruo legatū pe culiū deducit qd dño debet vt. ī. de pecu. l. si peculiū. §. sui autē. z. s. de peculio. l. sz si dānū. §. peculiūz debito ex causa ciuili dñs cōparatur. vt. s. de peculio. l. nō solum. §. fi. ergo si dñs seruū ge storē in testamēto liberū esse iussit z peculiū ei legauit deduceret oē quod ex causa gestionis naturaliter debet dño z omne illud quod deberet si iussus gessisset proficiet ergo seruo si ratiōes sit vetitus reddere. nam nō fit diminutio peculij sibi legati ob hoc quod dño est debitū ratione neglecte gestionis: sed demuz si de beret ob fraudem qd non intelligitur remitti. vt hic z. ī. de libe ratione legata. l. aurelius. §. sticho. Itē pficiet ad remissionē ob ligationis naturalis qua tenebatur ex gestione dota quod nul lum peculium sit legatum ideoqz habet suum determinatū effe ctum hoc legatum ne rationes reddat. Jac.

1 ☞ Testatore legante alimenta de aliquo fundo prestanda he res pōt fundum vendere salua legati causa.
2 Alienationi consentiens perdit ius in re sibi cōpetens.
3 Legatarius colono prestare non tenetur.
4 Cum dictio inter personas posita copulatiue equipolet.

1 **Nihil z oponitur.** †Si testator le gat alimenta de aliquo fundo prestanda heres potest vendere fundū salua causa legati. h. d. z qdā habēt nihil pponi po test in gl. prestādi. in fi. dic aut res ex qua dz pstatio fieri adijcit cā demōstrādi vñ fiat pstatio nō aio obligādi rē ipsam z hoc cō stat: z tūc nō est res obligata. vt. s. de cōtrahē. empt. l. vlt. §. fi. z l. liberto. z l. fundi. hic alleg. in glo. aut aio ipsam rem obligādi p pstatione z hoc cōstat z tūc qlibet possessor tenebitur. vt. d. l. ha cten⁹ circa prin. s. de vsufru. hic in gl. allegata aut dubitat quo aio z tūc psumit voluisse rē obligare siue obligatā ee. vt arg. ī. de ann. legat. l. gaius. z ibi no. nisi fauor legati puta alimentoz aliud inducat. vt dicta. l. hacten⁹. z. ī. de ali. legatis. l. ij. z. l. luci⁹ z ibi no. hodie pō est obligata tacite p legato sic z alie res testa toris z sic nō ratione prestationis: sed rōne tacite obligationis omnium bonorū pro legato. vt. C. communia de lega. l. prima.

2 **Omnibus.** †Alienationi consentiens ius in re sibi cōpetens perdit. h. d. ibi. relictū est hoc modo prohibeo talem rem alienari z si alienetur volo quod ad talem perueniat si consentiat ille ad quem debebat peruenire fi deicommissum facta alienatione tenet alienatio. Dy. in glo. ibi in pretio id est in excussione pretij consensit non in venditione quod non consonat illi litere dum dicit z assignate zc. vel ex ra tione in pretio sibi non preiudicat iure sicut hic. Ol. vel aliter vt ibi not. z dixi.

a
3 **Fructus.** a†Legatarius nō tenet prestare colono. sz colonus ex conducto agit ctra heredē hoc dicit. ibi ad ipsum scilicet legatarium. Dy. ibi. actionē ad inter esse suum. Dy. facit iste. §. ad materiam. l. emptorē. s. locati: sci licet an emptor teneat stare colono de quo ibi plene nota. z di xi. Item facit ad materiam. §. si vir in quinqueniuth. supra solu to matrimonio. l. si filio.

a ☞ Fruct⁹. Ad de bar. hic z in. l. si filio. s. so. matrimo.

4 **Si quis legauerit.** †Monosyllaba cū ca dēs inter psonas copu latiue ponitur z licet vna persona nō admittatur altera admit titur hoc dicit vel sic dictio cuz adiecta personis legatarioꝝ coniunctionē facit non conditionem. vt z supra. eodē. l. titie ter tores. §. j. z. ī. de man. testamēto. l. si ita. in. fi. Idem si rebus lega tis. vt supra eodem. l. huiusmodi. §. quibus ita z. l. si cui secūdū omnes vbi de hoc plene dixi. z de significato huius dictiōis cū si vero actui alicuius verbi adijciatur hec dictio cuz. puta cum venerit zc. tūc facit cōditionem. vt supra de cdictione indebiti. l. qui permisit. ī. de verborum obligationi. l. quodcūqz. §. fi. z. ī. de leg. iij. l. fideicommis. Ol. z no. etiam quod possumus argue re de verbis legis ad verba testatoris. Jac.

b ☞ Ciuitatib⁹ Ad de bal. in autē. hoc am pli⁹ fideicō. dicētē q per statuta ciui tatis possit deputari exe cutores testa mētoꝝ bal. ī auf. ingressi. de sacro. ecle. z albe. ibidē z que post euz dixi.

1 ☞ Ciuitatibus que legare possint.
2 Portio hereditatis pro non scripta coheredi cum suo onere ac crescit.
3 Heres qui non adiuit pro non scripto habendus est.
4 Legatarius cui legata est species non potest in plus grauari q valeat res grauata.
5 Estimationē rei sue nemo psumitur ignorare.

b
1 **Ciuitatibus.** bAd ornatū pertinent que permanent: ad honorem pertinent actu trāseuntia. vt in exemplis probatur. Ol. † z talia possunt ciuitatibus legari hoc dicit ibi puta senioribus no. quod seniores z pueri z puelle dicūt infirme etatis. z p hoc q dicitur de senibus facit. C. de proximis sacroꝝ rum scriniorū. l. certe quid lib. xij. z de coartal. l. ordinariorum. Ol. sed an ciues vtantur legato ciuitatis equaliter vel secundū quod sunt digniores z ditiores dic vt dixi. s. de rerum diui. l. in tanto. §. vniuersitatis circa finem versi. sed adhuc quero.

2 **Lucius.** †Portio hereditatis pro nō scripta accrescit coheredi cum suo onere hoc dicit. Dy. ibi. he res non extitit existere tamen potuit quia erat in rerum natura alias esset pro non scriptum z non accresceret cū onere z ita lo quitur. l. celsus. §. fi. ī. ti. proximo que hic signatur contraria se cundum vnam lecturam licet z aliter ibi notet. Old. ibi. nam se ium qui nō extitit heres. Dy. ibi pro non scripto habendum. i. quasi heres scriptus non esset ex quo repudiat non tamen pro prie dicitur scriptuz quod sic nō accresceret cū onere vt. C. de ca duc. tol. l. vnica. §. in principio z ita exponitur ibi litera ista in
3 glo. imo super. Old. z sic no. †quod heres qui non adiuit, habe tur pro non scripto. z hec potest esse ratio quia ille heres qui nō adiuit habetur pro nō scripto qui prelegatum consequitur si nō adeat hereditatem. vt. s. eodem. l. qui filiabus. §. fi. z. l. sequenti. z. l. filio. z. l. quesitum. §. duobus. Jaco. debebit hoc verum quā do ab omnibus heredibus vel simpliciter fuit relictum secus si ab vno z ille nō adierit pro hoc. ī. titu. prox. l. celsus. §. j. cum ibi notatis. z. s. e. l. si duobus. §. heres.

4 **Cum.** †Si legatur alicui species non potest in plus gra uari quā valeat res legata lz legatū agnouit. h. d. secus si quantitas legetur z grauat dare rem suā propriā plus valentē z ita loquūtur cōtraria z est ratio diuersitatis qz quādo legatur sibi species potest ignorare valorem z pretium ei⁹ z iō merito vltra quā valeat onerare nō debet. sed si legat quātitas z grauatur rē ppriā nō potest pretēdere ignorasse valorē rei sue vt. C. de rescin. ven. l. quisquis. quare sibi imputet quod legatuz agnouit. videt eū rē suam tantum estimasse quāta est quātitas sibi legata z ita dicunt oia contraria circa hoc intelligi. Jac. et pe. ibi iussus est z nō vltra. Dy. ibi. fideicō. alteri legatum non heredi in fi. simile verbū. ī. de damno infecto. l. inter quos quar to responso. Ol. in glossa. vt omnia contraria ibi nō sunt in leg. z heres non est legatarius. Jac. in fi. ac in nostro casu nō potest agere cōtra me z qd dicit literā eū expone. l. is z accipere legata rius qd est. ī. etiā secūdum glo. Jac. vel dic z melius qd iste lega tarius vltra tenet q debet dare heredi causa condictionis iplē de erat grauat⁹ de prestādo aliquid alicui extraneo vt in expo sitione litere dixi. sed contra hoc fortissime facit dicta. l. impera tor. §. j. ver. enimuero. ī. ti. proxi. sed ibi est casus conuersus non aduersus. ibi enim legabat pecunia z legatarius in propria re
5 seu specie grauabatur †vnde cum nō est verisimile quod estima tionem rei sue ignoret vt dicta. l. quisquis. de rescin. vē. ideo de bet sibi imputare vt predictum est. hic vero legabatur spēs here di. z in pecunia grauabatur cui⁹ rei estimationē potuit ignora re. vt. ī. de regulis iuris. l. qui in alterius z ideo sibi imputatur. vel dic fm. Old. aut ante consecutionē rei legate vel commodū legati esse vacuatū aut post. primo casu loquitur. §. iste. nā visus est legatarius prestare centū si vult consequi fūdum z sic ante oia adimplere dz conditionē. vt. ī. de condi. io. z demon. l. qui he redi. §. fi. Secundo casu videlicet quando post cōsecutionē rei le gate z tunc secus. nam forte ante quā ipse restituat cōmodū ali quod consequi posset z ita loquūtur contraria. Old.

1 ☞ Debitum pro ea pte extinguit p quo creditor debitor est.
2 Preceptum obscurum in testō penā fideicōmissi nō excludit.

1 **Lucius.** †Si debitor creditor est pro ea par te tātū extinguit debitū pro alia ve ro non nisi sit factū animo cōpēsandi. hoc dicit. Ibi hereditatis mee. id est eius portionis que ex heredi tate mea ad vnūquēqz peruenit. Oldra. Vel posset dici qd vnū ex filijs instituerat in besse aliū in residuo: vel posset dici qd etiā si institutus fuisset pro dimidia potuisset grauari in besse pp ter fructus quos percipere potuisset. vt. s. de inofficio testamento. l. papi. §. sed si parēs. z ar. ī. ti. pri. l. imperator. §. j. prima tū expo sitio verior z planior est ibi. bessem. i. viij. vncias sui semissis. Dy. i. duas partes q sunt quatuor vncie. z sic tertia totius heredi tatis. Ol. ibi fratribus. i. fratri. Dy. ibi fratri decedens. s. sine li beris. Dy. ibi ex dodrante. i. nouē vncijs sui semissis. Dy. ibi lu cy titij primi testatoris. Dy. ibi debuisset testator qui est graua tus. Old. ibi coheres institutus pro quarta. Dy.

2 **In testamento.** †Preceptum obscurū in testa mento penā fideicōmis. non ex cludit. h. d. vel sic vbi p verba nō appareat persona cui sit resti tutio facienda videtur testator in fraudem relinquere velle vel sic si nō apparet cui relinquitur fideicōmissarius presumitur in fraudem legis relictum z ideo cōfiscandū. h. d. fm Dy. ibi red das. i. dixi sibi per hec verba sine vlla zc. Dy. Ibi an tacitum non

nõ obstantibus predictis verbis testatoris. Ja. ibi accõmodas set per domesticã cautionẽ. Ja. in gl. dũmodo. in fi. q2 nec põt. vt. j. de iure fis. l. nõ intelligit. §. tacite. z dz pbare illũ non capacẽ. vt. s. de pba. l. ab ea parte. Jac. in glo. vlti. ibi sz alias in secreto qd detegit q2 apparet chirographũ in quo accõmodata et prestita est fides vel per confessionẽ rogati. vt. j. de iure fis. l. non intelligitur. §. tacite. z debet probare illum non capacẽ. vt. s. de probat. l. ab ea parte. Ja. nõ intelligit. §. tacite. Ol. ibi. z ibi no. melius. j. de iure fisci. l. edicto. §. extat. Oldra. Et vide quod dixi. s. e. in. l. in tacitis.

SI heredes noiatim. Id est pro prijs nominibus expressi z dic quod nominum propriorum expressio ad viriles appellatiuorum ad hereditarias grauatos astringit. hoc dicit ibi non essent proprijs nominibus sed appellatiuis. Dy.

1 ☞ Onus annexum emolumento diminuit pro rata ipso emolumento diminuto.

1 **SI heres centũ.** †Emolumento diminuto per contratab. pro rata minuit ei onus annexũ. h. d. vel clari⁹ rupto testamẽto p cõtratabulas p rata minuit ei onus annexũ. h. d. Vel clarius rupto testamẽto p cõtratabulas sunt minuta legata z ita ea que dicta sũt gratia cõditiõis iplẽde. h. d.

1 ☞ Fideicõmissum a substituto exheredati relictũ est inualidũ.

a

1 **AB exheredati.** a† Fideicommissum relictum a substituto exheredati vel a legitimo nõ valet. h. d. ibi legitimi. i. ab intestato venientes. dy. ibi sz si cõmittente. i. aperiẽte edictũ p ꝯtratabulas eo qd preterit⁹ erat. dy. z iste ver. declarat per. l. j. de leg. testãtis contra bonorũ posses. petita. l. filiuz quis. ibi scriptus. i. exheredatus. dy. ibi legata a se substituto relicta. dy. in glo. s. bessem personis exceptatis. z dic pro besse eius qd peruenit ad impuberẽ ab intestato per cõtratabu. nã in triẽte sibi hodie debito iure nature que est vltra bessem non potuit grauari. vt. l. qm̃ in prioribus. C. de inoff. test. Dy.

HEredi posthumo. Pro dclaratione huius. l. vide quod nota. z dixi. s. de liberis z posthumis. l. gall⁹. scz an alien⁹ posthumis possit instituti oliz vl' hodie.

SI tutor. Op. de leg. ea que. C. de donat. ante nupt. z dic ibi dixi quia hic capit vt quelibet ibi vero non capit vt sponsa que sponso non est item contra quia videntur esse in arbitrio decepti: vtrũ velit valere id in quo deceptus est vel non vt supra de iure dotium. l. si res estimata. §. j. z. C. de transac. l. transac. finita. sed dic aut deceptus sciẽs se deceptũ põt facere valere cõtractũ vel actũ in quo deceptus est z obtinent contraria: aut nõ pnta matrimonium non dato quod mulier vellet matrimoniũ tenere tamen nõ teneret z tũc obtinet quod hic dicitur. z. s. de ritu nup. l. a diuo pio. Jaco.

¶ Explicit liber. xxx. Incipit. xxxj. De legatis z fideicommissis secundo.

1 ☞ Legatũ dupliciter cõferri põt in arbitrium alterius.
2 Noiatio specialis pluriũ rerũ plura inducit legata.
3 Legatarius partẽ amplecti non potest.
4 Legatum non vitiatur in residuo parte rei legate deficiente.
5 Legatarium sequitur qd fundo legato adijcitur.
6 Legatum multiplicatur personis multiplicatis.
7 Legato alternatiue facto duobus in electione heredis vni soluendo ab vtroqz liberatur.
8 Reddendi verbũ per se dãdi hz significatum.
9 Patronus grauari nõ põt in re sibi debita in bonis liberti.
10 Legare non põt vt manumittãtur qui manumittere nõ põt.
11 Testis esse potest quis in contractu super re in qua ius habet.
12 Seruus legatus ante aditam hereditatẽ hereditati acquirit.
13 Femininum venit masculini appellatione.
14 Legatario z donatio cã mortis substitui põt.
15 Legatarius quo tempore capax esse debeat.
16 Legatum principi non extinguitur eius morte.
17 Electionem factã an possit mutare is cui cõpetit electio.
18 Verba dispositiua ad quẽcunqz prolata fideicommissi petitionem inducunt.
19 Dominium rei prohibite alienari non trãsit.
4 Cum ita. †Cum testator simpliciter loquit de foro intelligitur de foro domicilij sui.h.d. Et iste casus non est alibi.Et dic q intelligitur de domicilio quod habebat tempore testamenti et si postea mutauit.s.de re.du.l.si cognatis.de lega.ij.l.peto.§.fratre.et de auro et argen.lega .l.cum ita.als si ita.no ob.s.de adi.lega.l.alumne.§. feia.als.§.ab heredibus.qz ibi fuit mutatio in ordinatione hic in loco:vel ibi legatum habebat cam annexa hic non.Et allegatur iste.§.in ar. q si quis legauit ecclesie centu milia no nominata ecclesia qd itelligat de ecclesia parochiali seu in qua habebat domicilium. Et est casus in auf.de ecclesiasticis titulis.§.si qs in nomie.coll. ix. Idem potest dici in multis similibus casibus:puta si legauit fratribus predicatoribus vel minoribus vel pauperibus no specificato quibus et prout etiam .s.de lega.iij.l.legatis.§.j.in fin. Item si in compromisso no est dictum quo loco debeat pnunciari intelligi debet de eo loco in quo factum est compromissum.
5 vt.s.de arbi.l.si cu dies.§.quid ergo.facit etiam.†q siquis vouit alicui prelato facere professionem regularem et non expressit religionem quod intelligatur de illa religione cuius est ipse prelatus.extra de statu monachoru.c.q dei timore.etia si testator disposuit erigi vnum hospitale:nec dixit quo loco intelligit de loco domicilij .pro hoc.ij.q.j.si peccauerit.De hoc no.i speculo de instrumen.editione.§.nunc vero aliqua.versic.quid n testator.et versi.sequentibus.et ad hoc.xxiij.q.iiij.fortitudo facit et iste. §.et.glo.hic posita ad questione qua habui de facto in quodam instrumeto no erat clare expressus locus.sed dicebatur in platea sancti Vincentij.et iste cotractus celebratus erat inter pergameu. vbi est dicta platea arguebam ex dicto.§.q intelligi debeatur de dicta platea.sancti Vincentij vbi domicilium habebant contrahentes.in contrariu prima facie facit glo.hic posita de quo notaui.C.de nouo.C.compo.§.quibus.super verbo ex hoc ordine da.et vide quod notaui.j.de accusa.l.libellorum.

1 Conditio potestatiua no habetur pro impleta impedimento ex facto tertij insurgente.
2 Impeditus conditione implere qua actionem possit intetare.
3 Pretium rei non continetur impensarum appellatione.
4 Legatum conditionale dicitur in quacunqz testameti parte coditio apponatur.
5 Obligatio statim oritur in contractibus sed in vltima voluntate a testantis morte.
6 Debitum ad personam serui et domini relatum de naturali intelligitur tantum.
7 Demonstratio falsa non vitiat legatum speciei in rerum natura existentis.
8 Legatum quod sub modo relinquitur statim cautione pstita debetur.
9 Dictio ad modificat dispositionem cui adijcitur.

Quibus diebus. In coditioe potestatiua i q adiecta sut certi dies inter quos pareri debuit si per extraneu impediatur talibus diebus illi dies no coputatur in pre
1 iudiciu parere debetis.vel aliter.†si coditio est potestatiua et impedimetu insurgat ex facto tertij coditio no habet impleta.h. d.ibi.vicinus tuus cuius no intererat coditione no implere vel impleri:als secus.vt.s.eo.l.iure ciuili ibi nec per te staret.na si per te staret quominus ageres tuc videris volens pati.arg.C.ne sacru baptisma iteretur.l.fi.extra de elect.c.vltimo.et.s.ex quibus causis maio.l.sed et si per pretore.§.j.ex ista.l.et dicta.l.sed et si p pretore.§.j.potest poni exemplu in regula iuris.j.de regulis iuris.l.qui potest facere vt possit.Jaco.ibi.Submoueas .i. repel
2 las.dy.†Ergo tenetur quis superiore adire et quatu in se est petere impedimetu tolli als sibi imputat.vt.s.vbi pupillus educari debeat.l.j.penultimo resposo.ex quibus causis maiores.l.sed et si per pretore.§.ait pretor.de cotrario iudicio tute.l.iij.§.vsuras.versi.quid ergo nisi forte talis petitio sola gratia inniteret vt.j.de bonis liberto.l.qui cu maior.circa princi.et no.glo.fm Azo.qui dicit q potest agere negatoria vel iniuriaru si alibi nescio et forte est speciale in testametis vl impediebat iure seruitutis.Oldr.ibi.conditio.i.dilatione dare ad conditione implen

dam.dyn. In glo.j.dilationi:ibi defectui vt habeatur p defecta z amodo impleri non possit. Oldr.ibi.vel affectui vt habeatur pro impleta. Old.ibi.fm vtramq; al's est fm vnam.sed melius stat fm vtramq; ibi implere potuisti vt quia transiuit tempus.j.quod debebat impleri.dy. Et vide quod nota.z dixi.s.eod.l.in testamento.

3 **Quidam ita.** †Appellatione impensaru; nõ cõtinetur pretiu; rei.hoc dicit. Et ad hoc allegatur z iste casus non est alibi fm dynum. Sed similis casus habetur.s.de actio.emptio.l.titius cu; decederet.circa finem.vnde forte.dynus intellexit de versicu.idem iulianus.quẽ alibi nõ recolo. Et nota q vbi ab homine fit mentio expensarũ intelliguntur fructibus non deductis.secus si a lege.vt.s.de rei vẽditio.l.sup. z de petitio.heredi.l.si a domino.§.fi.z ad hoc.s.solu.matrimo.l.fructus.vbi etiam est differentia an verbu; fructus proferatur a lege vel ab homine. Et arg.huius.§. dicunt quidam si pater filio existenti in studio legauit expensas quas fecit in studio nõ videat legasse libros seu pretia librorum.sz Pe.contra:quia debet interpretari legatu; vt potius valeat q pereat. sed si legatum predictum nõ referetur ad libros nihil operaretur cum impensas alias nõ teneatur ipse filius conferre.vt s.familie hercisc.de.l.que pater ergo zc.vt.s.de rebus dubijs.l.quoties.hoc aũt poterat valere ad aliud pro prima etiã facit s.de adimendis legatis.l.pater. Et de ista materia expensarũ z librorum satis notaui.C.de donatio.l.si donatio.ibi. Respõdeo haberi debeat.id est expense non deducuntur ex fructibus sed a legatario heredi prestantur quia ea videtur fuisse testatoris voluntas vt expense cum fructibus compẽsentur. In glos. quia ea videtur in fine.quia si expense deducerẽtur ex fructib⁹ cum communiter nõ soleat plus expendi quam sint fructus nihil solueret legatarius pro expensis quod esset in hoc.§.contra voluntatem testatoris qui talem conditionem apposuit quam obseruari voluit.vt.s.de manumissis testamento.l.si quis locuples. Dynus.

4 **Quidam titio.** †Apposita cõditio in quacunq; parte testamenti reddit legatum conditionale.hoc dicit dynus. Uel sic.legatum purũ sub conditione ademptum conditionale censetur ibi legauerat simpliciter z pure.dynus ibi. Ofilius respondit z male.dyn. Sed contra.j.de manumis.testamento.l.imperatores.sed hic in conditione:ibi in modo.vt dixi eo.titu.l.meuia.ibi:falsu; sit z vere falsum est.vt.j.sequitur:ibi esse legatum.z ideo ante cõditionẽ existentem legatario decedente legatum nõ trãsmittitur ad heredem. Opponit Bartolus de.l.ex his.C.quãdo dies legati cedunt.vbi dispositio sequens non videtur facere legatum cõditionale. Sol.ibi.dispositio cõferebatur in temp⁹ certũ hic in incertum.facit ad hoc.s.de legatis.j.l.si cui.z.j.ad trebellianum.l.seius saturnius.z vide quod dixi dicta.l.ex his. In gloss.cu; primo reliquerat ibi in contractib⁹ z est ratio diuersitatis potuit plene deliberare sed in his que fiunt in extremis non fit: et ideo idem est quandocunq; cõditio apponatur argumen.C.de peculio eius qui libertatem meruit.l.j.z.C.qui testamenta facere possunt.l.hac consultissima.fm Franc.ar. Sed hec ratio non
5 placet.vnde tu dic fm dyn.quod ratio diuersitatis est. † q; in contractibus statim oritur obligatio in vltima voluntate non nisi a morte testatoris z adita hereditate. Et ideo cum legatũ sit adhuc inualidum non mirum si conditio adiecta a testatore ex post facto reddat illud ex post facto nullum:quia difficilius impeditur nata obligatio quam nascitura.ar.C.de vsuris.l.si parte z.l.acceptam.dy.ite; nec obstat quod solet dici quod qñ dispositio est negatiua dictio nisi ponit.vt.s.de ferijs.l.si feriatis.quia dic vt not.per dy.extra de regulis iuris.c.petant libr.vj. z plene dixi in alphabeto dictione nisi.

6 **Dominus seruo.** †Appellatio debiti ad psonam domini z serui relata de naturali tantum intelligi debet hoc dicit dy.in glo.prima in fi.sed ibi sunt verba futuri tẽporis z incertitudo circa rem legatam z ideo contrarium determinauit. R.in glo.per.l.ex hac scriptura.j.de dona. Ol.in glo.impropriẽ tamen z per hoc no.quod quãdo verba nõ possunt accipi proprie trahuntur ad intellectum improprium z abusiuum.

a ¶ Qui dotalẽ. Adde alber.s.e.i.l.falsa demõstratio z Bal.z imo.hic.

Qui dotalem. [a] Falsa demonstratio non vitiat legatum.h.d.dy.vel sic z ide; est
7 †legatum speciei in rerum natura existentis falsa demõstratio non vitiat.

8 **Termilius.** †Legatum sub modo relictum debetur prestita cautione de modo implẽdo.h.d.dyn.ibi ita legauerat eo modo qui sequitur dyn.ibi ad monumentũ †no.quod monosyllaba ad.habet modificare dis-
9 positionem cui adijcitur vt z.s.de transac.l.cũ hi.§.si vni.z de

vsufr.l.domin⁹ z vide plene in alphabeto dictione ad.z hoc.§. sumitur ar.ad questionem si aliquis in testamẽto reliquit alicui centum pro passagio terre sancte nunquid debeat solui statim mortuo testatore z adita hereditate:z videtur quod sic.per istũ §.in contrariũ videtur quod solui debeat solum eo tẽpore quo fit passagium.nam si lego alicui.x.pro habitatione vel causa disciplinae eo tempore debẽt solui illa.x.quo pensio habitationis vel merces disciplinae solui debet z ita in proposita questiõe ar.j.quando dies leg.ce.l.nec semel.§.si in habitatione.z sic dixit z ad istum.§.potest responderi quod hic statim fieri poterat qd erat a testatore iniunctũ in questione proposita no.z vide quod no.in speculo de instrumentorũ editione.§.nunc aliqua.ver.sed pone quod testator.dy.contrariũ videtur sensisse ipse dyn.s.de leg.ij.l.luci⁹.§.a te peto.vt ibi dixi.z dic hoc legatum sub modo relictum.vt.s.de lega.iij.l.si tibi legatum al's si essent simplices ministri non satisdarent vt.s.de annuis legatis.l.liberto.§.largius.z.j.quando dies legatorũ cedat.l.firmo.z ita exponit gl. hunc.§.j.e.l.eas causas in vltima glo. Jac.z Old.in glos.vltima ibi titio.j.responso so.ibi modus erat impulsiu⁹ hic vero finalis ibi in cõtractibus stricti iuris.dyn.ibi.l.dedi.z.l.si heres. hec pars est vera indistincti vt.s.locati.l.insulam.§.fi. Nec ob. dicta.l.dedi.quia dic vt no.s.de iudi.l.in omnibus.dyn.z vide pro intellectu huius.§.quod no.dicta.l.si tibi legatum.

1 ☞ Conditionis natura que sit.

1 **Legata sub cõditiõe.** †Natura conditionis est suspẽdere dispositionẽ cui additur.h.d.ibi interim.id est pendente conditione.dyn.in fi.a legatario quia in dubio videtur legare ius suum vt.s.de vsufru.l.stichum in fin.dynus.licet si glos.sit corrupta z alleget.l.facto testamento.

1 ☞ Legatum quod filio vel seruo relinquitur patris vel domini respectu relinqui censetur.

1 **Filiofamilias.** †Legatu; filio vel seruo presumitur relictu; contemplatione patris vel domini. h.d. z vide.j.de dona.causa mortis.l.si filio.la. scda z not.quod vni legatur z alij datur petitio sic.s.de le.j.si cui legetur.§.fi.z.l.se. item no.quod legatum alimentorum seruo relictum soluit domino z non seruo quod tene menti.ite; oppo.quod prestari debeat cautio mutiana quia posset exire de potestate:s; dic qd ex cautiõe expectaret tristis euentus:sc; mors filij z ideo non prestatur vt.in.l.contraria no.ibi similiter domini legetur.sc; quãdiu manserit in potestate domini.dy.sed op.de.l.fin.C de vsuf. z dic vt ibi no.z dixi in glo.j.in fi.z sic quantum ad rem.dy.

1 ☞ Legati conditionalis diminutio quãdo fiat commodo diminuto.
2 Legati onus an semper minuatur minuto legato.
3 Cõditio adiecta legato nõ est eius remuneratio sed suspensio.

1 **Plautius.** †Si commodum est diminutu; z onus annexu; nisi per falcidi. fit diminutio legato conditionali relicto. hoc dicit. Et diuide.l.in duas partes.in prima legatu; fuit in vi conditionis, in secunda in vi modi:secunda ibi neratius scribit.prima subdiuiditur in tres.in prima fuit diminutum legatũ per contracta.intentatu; a plautio in scda per.l. falci.in tertia quia erat non capax.scda ibi diuersu;.tertia ibi itẽ scinditur ibi perceptis.x.in vi conditionis vt no.in fi.l.dyn.contra quod op. de leg.l.meuia.de ma.testamento vbi apponendo verbu; vt testator non facit conditionem licet exprimet imo modum nõ video aliud responsu; nisi quod testator hoc dicit expresse qd volebat facere conditionem vel aliquid per quod apparet eum facere voluisse conditionem quod facere potest vt.s.e.l.in conditionibus sed in.l.meuia.nõ dixit expresse velle facere conditionem licet verboten⁹ dixerit sub cõditione:alio modo nõ video posse respõderi ad.d.l.meuia.ibi patronus a liberto preteritus ibi postea.i.facta venditione vel restitutione hereditatis. dyn. ibi abstulerat illi cui restitutio facta erat.dyn.z sic pro illa parte fideicommissu; erat diminutũ.dy.ibi soluit.sc; fideicommissari⁹.dy.ibi auie q; pro ea parte irritatũ sit per contratabulas dy.ibi ita z ipse heres.dy.ibi cõditionẽ paretur.i.pareri debet per legatarium.dy.z bene facit conditioni q; secus esset si in vi modi esset relictum in fi.z contra casum huius ver.dicit gloss.j. de dona.causa mortis.l.ei qui.z male vt ibi per Dy.ibi prestare debere partem que erat dãda causa cõditionis implẽde.dy.

ibi tu

ibi tu.§.fideicõmissarius.dy.ibi certam summã dare & sic es gravatus in vi modi & onere extrinseco.ibi heres vtatur ita qd relictum diminutũ remaneat minus onere in gl.prima in fi.hoc placet dy. in gl.conditione ob casum ibi scdm aliam.scz literã id est si habeas in litera reuenderet. dyn.in glo.qui dat contra ta.in fi.quod teneatur heres coniunctus pro ea parte quã reuocauit patronus nec ibi nec alibi dicitur sed in patrono dicitur propter te quam reuocauit tenetur cõiunctis personis vt.s.e.l. si is.lz hoc sic correctum vt ibi no.dyn.in glo.§.de dato ibi & sic esset debitum quod in vi modi non in vi conditionis appositũ & est maius onus quã cõmoduz qz tunc eatenus minuitur onus quatenus & cõmodum.dy.ibi.§.si titius &.j.hac.l.in fi.q videtur huic rñso contradicere sed dic vt hic & ibi no.dyn.ibi dicit deberi.i.in cã legati remanere.dyn.quia remanet vtiliter debitum.C.ne vxor pro marito.l.cuz te.& de hoc no.C.de iuris & facti ignorãtia.l.cum quis.& si aduer.solutionẽ.l.indebito in glo. quia est filius ibi vnã vnciam communiter habetur duas vncias & male.dyn.in glo.§.substitutos.ista est vera tenendo scdam expositionem glo.precedentis sed tenendo primam expositionez de filio naturali ista glo.esset falsa.vt.C.de naturali.li.l.i.in gl.
2 imo nõ minus pro declaratiõe huius gl.†dicant legatũ est inutile a pncipio.aut ex post facto.si a pricipio semp pro qua parte minuit legatũ:pro ea parte minuit & onus siue in vi modi siue cõditionis si appositũ onus.vt.j.l.proxi.§.si pars &.§.fi.&.s.de leg.j.l.ab omnibus.§.si titio.sed si diminuatur ex postfacto tũc aut in vi modi aut cõditionis vt hic no.& ita scribit.dy.j.de dona.causa mortis.l.ei qui.ratio diuersitatis inter modũ & cõditionem patet qz legatarius obligatur heredi & heredes sibi:& sic mutua obligatio vnde vno exonerato exoneratur & alter ar.s. de adimen.leg.l.alumnę.§.seia.in condi.ione secus vt.s.si quis omissa causa testamenti.l.si quis sub conditione.& ideo secus in illa arg.j.ea.l.si quis seruum.& quod ibi no.est & alia ratio quia onus impositũ in vi conditionis est fortius quam onus impositum in vi modi vt patet.s.e.l.legata.&.l.quibus diebus.§.fi.& de lega.iij.l.si tibi cũ similibus itez qz modus est quedam remuneratio legati vt no.s.e.sup rubrica:&equũ est ergo quod vno
3 diminuto reliquum diminuatur.†sed conditio non est legati remuneratio sed eius suspensio vt eadem glo.super rubrica &.s. e.l.legata ibi si mihi stichus.&.j ad.l.falci.l.maritum.§.a liberto.dyn.ibi vt hic.& dicta.l.facta.§.si titius.j.ad trebe.& ibi plene no.dy.licet contrarium no.& male.s.de leg.ij.l.cum pater.§. j.in glossa penultima.

1 ☞Solutio mera facti fienda seruo non transit ad dominum.
2 Lex non dicitur facta certa fingere.
3 Restitutio hereditatis heredi gratia conditionis implende solutum non reuocat.
4 Heres vendens hereditatem an teneatur restituere emptori sibi datum causa conditionis implende.
5 Legatarius deducens partem eius quod dandum erat cã cõditionis implende potest legatum percipere.
6 Venditor nõ debet actionem cõsequi ex calliditate & improbitate sua.

1 Qui heredi.†Mera facti solutio suo fienda nõ transit ad dominũ nec econtra.hoc dicit.ibi quam seruo datur id est dãdũ est non autem domino.dy.ibi sed cum idem repetit. Dy.ibi dandum sit.id est dari sufficiat.dyn.hereditatis domino ibi debeat:id est possit.& est speciale.dyn.ibi qui domino debet causa cõditionis implende.dyn.in gloss.prima in fin. Oppo.de leg.si fundus.s.e.solu.ibi loquitur in tutore in quo representatur pupillus vt.s.titulo proximo.l.tutor hic in domino qui non representatur per omnia in persona serui vt.s.de seruitu.lega.l.& si maxime.dyn.in glo.sed hoc quomodo in fi.quod verũ est scdm Ray.quo ad ea que sunt iuris ciuilis,secus in his que sunt iuris naturalis.argu.s.de lega.ij.l.si alienus.quod alibi non inuenitur secundum eum.de hoc.s.de leg.primo.l.cum filio.Itez no.ex glossa.quod datio seu solutio est facta & sic coniungẽdo hanc glo.cum glos.que est in.l.quamuis.§.interdum.s.ad velleia.potes colligere quod lex siue scit certa facta fingit enim ibi solutiões intercessisse quod tene menti quia communiter docto
2 res dicũt.†quod lex nõ fingit certa facta.de hoc in alphabeto dictione ficto in gl.cum factum serui in fi.de hoc dic vt i dicto §.sed cum factum de stipulatione seruorum & dicta.l.stipulatio ista.§.hi qui.de ver.obli.& de solu.l.inter artifices.

a
3 Cum hereditas.a†Hereditatis restitutio solutum heredi gratia cõditionis implende non reuocat secus si euincatur.hoc dicit ibi restituta est.id est restituenda.dy.ibi ex causa fideicommissi.hoc verum si legatarius soluit de bursa sua secus si de pecunia hereditaria vt.j.de dona.causa mortis.l. quod statulibe. dyn.ibi suspectam adijt inuitus.dyn.ibi auferendum sit id quod datum erat causa conditionis implende.dy.ibi & ipsi.§.legatario . dy. in glo.imo videtur in fi.hec vera quia ibi nomine fundi hereditatis.dy.in glo.& hic est contra ibi gratia fundi qui nõ erat hereditarius imo ipsius heredis.dy.Querit bar.extra glo.si alicui est ablata hereditas tanquã ab indigno nunquid id qd soluendum erat causa cõditiõis implende debeat sibi solui & fisco: & dicit quod sibi per.l.ex facto §.iul.&.l.si is &.l.in substitutione
4 & de vulg.& pupill.substitutione.†item querit ñ heres vendidit hereditatẽ nunquid sibi datum causa cõditionis implẽde restituere debeat emptori:& tene quod sic cum habeat propter hereditatem vt.l.si nomẽ.C.de here. vel actio.ven.item querit si heres sit minor & beneficio restitutiõis abstineat ab hereditate nũquid debeat sibi solui dandum causa cõditionis implende aut heredi succedenti & tenet ꝙ sibi:quia nõ desinit esse heres vt.s. de minori.l.& si sine.§.sed quod papa.credo tamen quod restituere debat ꝓ heredi.ar.s.de ad.l.si minoris in.§. si duorum in glossa.ibi.l.cui fundus & dic vt ibi.&.l.si seruus.§.j.s. si quis cautio.

Si pars.Ibi parandum sit conditioni sub qua erat res legata.dy.ibi pro parte que non est alienata.dy.n.& si opponatur de leg.fideicommissaria .§. si rem de lega.iij.ꝙ ista non fuerit voluntaria alienatio responde imo est vere voluntaria.vix enim est vt non videatur alienare qui patitur rem vsucapi.vt.j.de verbo.significa.l.alienationis.di.in gl. ac si partẽ in fi.imo indistincte hoc casu diminuto relicto diminuitur onus quia est inutile a prin.vt.s.de leg.j.l. ab omnibus. §.si titio.Dy.

5 Plautius.†Legatum potest percipere legatarius partem deducẽs eius quod dandũ erat causa conditionis implende:secus in herede cuius institutioni talis conditio adijcitur.hoc dicit.ibi heredibus id est coheredibus.dy.Ibi quia nõ ante.ista est ratio diuersitatis inter hunc casum ad superiorẽ ibi admittetur superiori vero casu antequã daretur & ideo partem suam vt heres deducit.Old.collige ergo ex isto.§.quod appellatione heredum continetur etiam iussus dans pecuniam in heredibus:vnde est argu.ad questionem ad uocati qui emit prædium & promisit pretiuz soluere in prima tã quã obtinet & diu sterit quod in nulla obtinuit vnde hoc vidẽs venditor egit contra eum & succubuit quia contra formam cõuentiõis petebat vnde iterato egit dicẽs quod modo extiterat conditio petendi quia ip e obtinuerat.aduocatus autẽ allegabat quod nõ intelligebatur de ista victoria nec de ista victoria videbatur cogitatum.iste.§.est argu.contra aduocatuz vt.j.de verborũ obligatio.l.si ita stipulatus.§.chrysogonus.& quia iste pactum appositum fuit gratia ipsius aduocati emptoris ergo contra eum interpretandum vt.s.de pactis.l.veteribus . et de cõtrahenda emptio.l.labeo.& extra de regulis iuris.c.contra eũ lioro.v.j.In cõtrarium est.j.de excep.rei iudicate.l.eudẽ
6 ter.†Item quia iste venditor ex calliditate & improbitate sua non debet cõsequi actionem vt.j.de furtis.l.itaqz fullo . Item hoc quia in generali sermone non continetur persona loquens C.de sol.l.inquisitio.s.locati.l.qui insulam.§.si communia prediorum.l.quicquid.& de euictio.l.funduz.& de actio.emptio.l.si mercedem.§.vltimo.& de verborum obligatio.l.venditores.vbi Dynus tenet hanc vltimam fore veram per iura predicta istã questionem format marcus tullius in libro rhetoricorum & hugo in dissolubilibus in dissolubili quod incipit conuenit cum titio.Item facit iste.§.ad aliam questionem:consuetudo est in ecclesia ianuen.& etiã bergomate quod canonicus nouus seu de nouo receptus soluat.xx.libras pro vno conuiuio omnibus canonicis faciẽdo.queritur nunquid iste canonicus de ipsis.xx.libris possit detrahere partem suam & non interesse cõuiuio.per istuz.§.fuit terminatuz quod sic.Et idem dici potest in questione sepius recurrente quando aliqui socij ludum ad inuicez aliquam quantitatem que debeat expendi in vino vel cõuiuio qd perdens possit detrahere partem suam & ita seruatur.

1 ☞Dare & liberare non sunt ex toto paria.

1 Iulianus.†Liberare & dare non sunt ex toto paria.h.d.Querit Bart. quod si heres non vult liberari per acceptilationem dicit quod legatarius debet protestari & sic videtur per her eadem stetisse.j.de statu libe.l.iiij.§.heredi.

a ☞Cum hereditas.Adde imo.in.l.q li beris.§.hec ꝓba.ff.d vul.et pupil.vbi per hũc tex.reprehẽdit bar.b.

1 ☞ Dies parendi conditioni in persona heredis ab adita hereditate incipit.
2 Annus in cōtractu ad soluendū datꝰ quādo incipere debeat.
3 Expressio eius quod tacite inest si nihil operet in expresso non operabitur in eo ad quod tacite extenditur.
4 Expressio eorum que tacite insunt nihil operatur.

1 Si in diem. †Dies parēdi cōditiōi in pso na heredis icipit ab adita hereditate.h.d.ibi cōditiōi que cōsistit in dādo heredi. Dy.op.ꝙ currat a tpe testamēti.vt.l.qui duos.ꝭ.de manu.testō.So.ibi dies fuit apposita dispositiōi hic nō.vn̄ dic aut dies adijcitur dispositiōi ⁊ currit a tpe testamēti vt in ꝯtrario,nisi testator aliō sensisset vt.s.de leg.j.l.si cui.vbi de hoc.aut adijcitur cōditioni ⁊ tunc aut in persona heredis ⁊ tūc ab adita hereditate:⁊ ita loqtur hic aut in persona alteriꝰ ⁊ tūc a tempore mortis vt.ꝭ.de statu libe.l.iij.ꝭ.qui heredi.nisi sit tale quod qd sufficiat cōtigisse viuo testatore vt.s.eo.l.ij.
2 †Sed quid si in cōtractu sit datū tēpus anni ad soluendū qn̄ incipiat annꝰ dic ꝙ a tpe finiti cōtractus.s.de iure do.l.tali.⁊ dicta.l.si cui.

3 Seruo. Si expressa cōditio nihil operat ad certa capitula tanꝙ valida non refert.h.d.vel sic.†si expressio eiꝰ qd tacite inest nihil operatur in expresso nec in eo ad qd tacite extendit.rō dubitandi fuit qr oportet ꝙ conditio impleat:⁊ si nō fuerit impleta nō valet vt.s.eod.l.qui heredi.ꝭ.fi. Nō ob.s.de le.j.l.stichū.vt ibi not. Scdo op.ad.ꝭ.istū qr lex dicit ꝙ ꝯditio,ascripta in precedēti videt repetita in seqūēti legato.vt.ꝭ.eo.l.quia.in princi.So.dic ꝙ hic infrigit cōditio in expresso qd tacite inerat ⁊ si non fuisset expressum.⁊ ideo expressio nihil operat in legato vt faciat cōditionē.Sed tunc op.si conditio infrigit in legato ergo remanet purū:si remanet purū nō valet legatū,qr regula catoniana ipedit illud vt.C.de lega.l.seruis.So.hic erat cōditio ⁊ dies nō testator sic dixit.si meus erit scz cū moriar.vt.C.de his qui a nō dn̄o manu.per totū.vnde cōditio ⁊ tēpus inerat in legato;⁊ licet ꝯditio infringitur qr tacite intelligebat remanet dies videt repetita in legato vt.s.l.publius.ꝭ.j.de verbo.obli.l.in illa.⁊.s.si quis caut.l.si eū.ꝭ.j.⁊ sic qr legatum nō est purū valet si tpe mortis sit alienus.Op.ꝙ expressio eorū que tacite insunt operetur vt.s.de libe.⁊ posthu.l.iij.ꝭ.filius.cōiuncta.l.filiū.ꝭ.sed cū exheredato.ꝭ.de bono.poss.contrata.So.vt dixi in dicto.ꝭ.filius.abi si meus erit subaudi cū moriar.dy.ibi alienauit ita qd certū est libertatē nō deberi Dy.ibi dn̄o.s.nouo.dyn.ibi in libertate danda.s.certū dyn.ibi quo.i.cuius cōtrario.dy.ibi futurū erat.i.si eius non esset.dyn.ibi expressum nō esset qr inerat ⁊ ea que insunt nō vitiant actū. Sed perinde est ac si expressa ⁊ apposita non fuisset qr fallit aliquando vt sequit.sepenumero.i.in multis casibꝰ hoc est casua-
4 liter.q.d.regula est in contrarium.†Not.ergo ꝙ expssio eorū q̄ tacite insunt regulariter nihil operatur,ꝗuis casualiter fallat vt hic dicitur:⁊ habentur ista verba sepenumero.C.ne rei dn̄ice vel tēporū.l.j.⁊ de significato huiꝰ dictionis sepe.ibi mutatur.i.ꝗuis regulare sit ꝙ ea que tacite isunt si exprimant nihil operātur tn̄ casualiter est inuenire ꝙ mutatur effectꝰ rei.i.ꝙ dicta regula vitiatur.de hoc vide.s.de lega.j.l.hec verba.de here.institu.l.si quis semproniū.⁊ de regu.iur.l.expssa nocent.⁊.ꝭ.e.l.nonnunꝙ.in glo.j.in fi.i.in legato inerat tacite.dy.in glo.vlt.in fi.⁊ est euidens exemplum.ꝭ.e.l.si ita expressum.dy.

a ☙ Istā ꝓpositio in.Add de hac dictione ꝓ no.in.ꝭ.merito.C.de iur.C.confir.gallꝰ.ꝭ.ille casus.ff.de lib.⁊ posthu.i.l.j.ꝭ.in flumie.ff.de flu.⁊ i.l.j.ꝭ.hoc iterdictū.ff.d cloa.⁊ i.l.quibꝰ.ꝭ.termiiꝰ.isto titu.bar.cōsi.inci.in christi noie amē.flo.in.l.j.ꝭ.hec v̄ba.de hisqui die.vl ef.Sp.scit.de dispu.⁊ alleg.ꝭ.iiij.Old.qn̄.xlix.Alexan.cōsi.xxj.iiij.parte.

1 ☞ Ad prepositio adiecta accusatiuo accipitur exclusiue.

1 Non putabam. †Si prepositio ad iūgat accusatiuo accipit exclusiue.h.d.cū.l.seq.⁊ de significato huius prepositionis ad vide in alphabeto dictiōe ad. In glo.ibi speciale fauore liberoꝝ.dy.in fi.⁊ ibi de hoc dixi.⁊ eodē modo solue predicta duo contraria de.l.si cui.de leg.j.⁊ de.l.si ita fuerit.de man.testō.⁊ de hoc etiam not.⁊ dixi.s.de mino.l.iij.ꝭ.minores.⁊ satis plene dixi.ꝭ.de manumis.l.j.

1 ☞ In ꝓpositio aliter significat ablatiuo iūcta ꝙ accusatiuo.
2 Tempus legato adiectum an reddat ipsum conditionale.

Si in annos. Idem dicit qd superior.ꝭ.⁊ dic damnatus vnam quantitatem vel speciem semel tantum. In glos.vel secū da ibi ar.ꝯtra.sz ibi dixit anno hic annos:⁊ sic sunt casus diuersi nō aduersi.ratio diuersitatis colligitur ex hoc†qr
1 ista prepositio inª aliter significat quando iungitur cū ablatiuo ⁊ aliter quando iungitur cum accusatiuo.qr primo casu significat intrinsece secūdo extrinsece ex parte posteriori.vn̄ versus. In cāpo curro si sis bene dicis in illo.Si sis exterius in cāpū sit tibi cursus.Cum ergo libertas relinquitur in anno tunc in principio anni,cum autem in annū seu annos tūc in fi. Sed contra predicta facit.l.qui hoc anno.de verbo.oblig.tamē dic ꝙ qui debet in anno debet in fine anni.quia totū tempꝰ ad soluendum habet ⁊ sic in fine.in fauore sui autem nō est in mora ⁊ hoc in pecuniario debito sz in debito libertatis debetur i principio.⁊ in hoc est fauor ipsius libertatis ⁊ ita debet intelligi pre alleg.l.si ita fuerit libertas.Pe.in hoc variāt ⁊ errant glos.⁊ docto.⁊ ideo dic vt plene dixi in dicta.l.qui hoc anno ⁊ vide oīno
2 Innoc.extra de locato.c.propter.†Item quero tempus an faciat legatum conditionale.vide per tex.C.de fideicō.liber.l.cū testator.vbi tenet ꝙ si est tempus integrum certum facit conditionem alias nō.Sed cōtra hoc op.s.de ali.leg.l.libertis.ꝭ.ab heredibus.Jaco.de are.in.l.si ita.de ma.te.dicit ꝙ ibi fuit a testatore expressū:sed hoc nō habetur ex litera ⁊ ideo est diuinare.ideo dic ſm Bar.in.l.si cui.adijciebatur persone grauate in ꝭ.ab heredibus persone honorate.adhuc opp.dicta.l.si ita.de manu.testō.dic ꝙ ibi erat adiectū tempus tertie persone.⁊ ideo facit cōditionem alias non.nisi in libertate vt ibi patet. Item oppo.de.l.si seruus.de statu liber.vbi tempus certum facit conditionem,dic ꝙ ibi fuit adiectum tempus per si quod facit conditionē nisi in libertate vt ibi patet.⁊ de hac materia plene dic vt.d.l.seius.ad trebel.C.quando dies le.ce.l.ex his.

1 ☞ Rationes reddere quid importet.

1 Si cui libertas. †Rationes reddere: non est solum reliqua soluere sz instrumēta ⁊ rationes exhibere.hoc dicit.ibi arbitrium a cōsulibus.ex hoc reproba gl.que est.C.de offi.consu.l.j. In prima glo.que dicit consules habere tātum voluntariam iurisditionem.nam hic patet ꝙ habent etiā contētiosam.⁊ pro hoc supra de arbit.l.iij.ꝭ.fi.⁊ dixi.de offi.cōsu.super rubrica.

1 ☞ Conditio que in libertatibus attēdi debeat et que in alijs.
2 Conditio heredi heredis adimpletur sed ipsam non implet heres legatarij.
3 Heredi heredis an possit dare qui heredi iussus est dare.

1 Sub diuersis. †In libertatibus leuissima ꝯditio in alijs nouissima cōsideratur.h.d.⁊ facit.s.e.l.leuissima considератur.Dynus.


2 Heredi decē. †Heredi heredis adimpletur cōditio;sed eam nō implet heres legatarij.hoc dicit. Ibi quod non similiter.scilicet vt heres legatarij possit implere conditionem legatario impositam.in gl.vlti.ibi ſm Jo.ꝭ.de statu liber.l.si peculium.ꝭ.heredi.dyn.ibi deficit cōditio.vt.ꝭ.eo.l.intercidit.dy. In ea.glo.in fi.sed contra opinionem Jo est.ꝭ.e.cui fundus.Sed pro eo est.ꝭ.eo.l.a testatore.sed so.dic vt dicta.l.qui fundus.⁊ de materia huius glo.tractatur ꝭ.eo.l.cum ita.in princi.⁊.ꝭ.fi. In glo ⁊ per Dyn.⁊ comprehende per tres paruas conclusiones.
3 †Prima videlicet an iussus dare heredi an possit dare heredi heredis.vbi distinguit:aut sub nomine appellatiuo tantum ⁊ potest vt hic.aut sub nomine ꝓprio tm̄ ⁊ non poterit.aut sub vtroqꝫ ⁊ refert ꝙ precedat vt dicta.l.cū ita datur.ꝭ.fi.ꝭ.eo.⁊ ibi no.Secunda cōclusio est an heres legatarij conditionalis possit parere,vbi distinguit aut decessit legatarius post mortem illius cui dari debebat ⁊ poterit.vt dicta.l.cui fundus.in fi.aut ante ⁊ non poterit vt hac.l.in fi.ſm verum intellectum.⁊.ꝭ.eo.l.intercidit.j.rn̄.Tertia conclusio est an heres legatarij possit parere modo legati vbi refert.aut modus coheret psone ⁊ nō potest vt.ꝭ.eo.l.titio.ꝭ.ante nuptias.aut non ⁊ poterit vt.ꝭ.eod.l.a testatore.Rayn.⁊ vide quod dixi.C.de condi.inser.l.si plures.

1 ☞ Legari potest alteri in factum alterius.
2 Preses prouincie non potest expresse debitum ciuitatis remittere.
3 Expressum nocere ⁊ non expressum non nocere quando sit verum.
4 Mater sicut pupillari expressa excluditur,ita ⁊ tacita si intelligeretur.

1 Nonnunꝙ. †In factū alteriꝰ pōt alteri legari sz nō in merā alterius voluntatem.h.d.vel sic expressa nocēt nō expressa nō nocent.⁊ de hoc supra eo.l.si in diem.ꝭ.seruo.⁊ dic non nunꝙ


nunq̄ id est aliquando.q.d.regula est in cōtrariū.⁊ q̄d dicit offi ciant.i.noceāt.⁊ hoc patet in iuramento calumnie quod potest tacite remitti sed non expresse vt no.C.de iura.calum.l.ij.§.sed quia meremur.⁊ in libelli datione not.C.de lit.contesta. auten.
2 offeratur.⁊ ibi de hoc dixi.†Item preses prouincie expresse nō potest remittere debitum ciuitatis vt.C.de transactio.l.preses. Item prelatus expresse nō potest damnificare ecclesiā aliquid faciendo quia eius factum nō debet in damnum ecclesie redun dare.xvj.questione.vj.c.episcopus.⁊ de exceptioni.venerabilis sed tacite.i.omittendo sic vt notatur.xv.questione.iij.c.placuit ⁊ ibi in glo.illud aūt planum est q̄ legatum potest cōferri in vo luntatē heredis ⁊ eius voluntas intelligitur ⁊ reducetur ad ar bitrium boni viri.vt supra de leg.iij.l.fideicommissa.§.si sic. vbi de hoc.⁊ nota.⁊ dixi.C.de contrahen.emptio.l.in vendētis ali quādo si nō valent expressa nec tacita supra de dona.inter vir. ⁊ vxo.l.si sponsus.§.si maritus.⁊.C.si penden.appella.mors in terue.l.si is.⁊ vide de ista materia per Azonē in summa de ser uitute.§.haustus aque.⁊ de cōtrahen.emptio.§.in vltimis volū tatibus.⁊ satisplene in brocardis de tacitis ⁊ expressis. In gl. vlti.ibi in heredis autem imo idem in voluntate heredis q̄ ex tranei si ipsum legatū eius arbitrio committatur quod dic vt dicta.l.fideicōmissa.§.si sic.ver.q̄q̄.⁊ dicta.l.senatus.§.penul
3 ti.Ibi supra de vsufruc.vetus.†sed dic q̄ aut aliquid exprimi tur causa tollende dubitationis:⁊ tunc illud expressum ꝓdest ⁊ nō nocet vt supra man.l.qui mutuam.aut exprimitur gratia noui iuris introducēdi ⁊ tunc aut illud tacite non intelligeba tur ⁊ sic tacite intellectum nō proderat ⁊ tunc expressum ꝓdest vt dicta.l.vetus.⁊ supra pro socio.l.sed ⁊ si adijciatur.aut illud tacite intelligebatur ⁊ sic tacite intellectū proderat ⁊ tunc ex pressum nocet:q: cū tacitū perdere nō potest eius expressio ope rari effectū opatur ergo damnū vt hic.⁊ in regula iuris expres sa nocēt vbi de hoc.licet alij aliter dicāt vt Petr. Ibi sed in ex pressa sic.ita cōmuniter dicit glo.⁊ nostri moderni fm Pet.di
4 cūt.†q̄ sicut expssa pupillaris excludit matrē.ita ⁊ tacita ipam excluderet si intelligeretur.quia q̄diu locus est successori ex te stamento expresse vel tacite non est locus successori ab intestato vt.l.q̄diu.de acquirē.heredi.sed in casu vbi pater substituit pu pillo vulgariter vel in dubio presumitur q̄ voluerit sibi proui dere etiam pupillariter:hoc est verum nisi sit presumptio in con trariū.vt si mater sit in medio:tunc enim lex nō psumit q̄ tacita pupillaris ex mēte testatoris procedat nec intelligatur sub vul gari ⁊ ita intelligatur.l.precib⁹.C.de impube.⁊ alijs substitu.⁊ supra de vulg.⁊ pupil.substitu. super rubrica in materia vulga ris.⁊ dicta.l.precibus.ibi de donatio.l.finali. Ista non obstat quia ibi dicitur q̄ tantū operatur generale quantū speciale:hic vero q̄ nō tantū tacitum quantū expressum. Ibi si in diem .§.j. sed ibi loquitur de cōditiōe que tacite inerat ex legis dispositio ne hic vero secus ibi.§.cum quidam.Solu.ibi nō cōfertur vtrū debeat sed quantū debeat vt supra de lega.ij.l.vnū ex familia. ibi.l.iij.§.illa nō contradicit. In eadē glo.in fine solu.spāle.

1 ☞ Conditiones adimi possunt sicut ⁊ legata.

1 
Si quis seruū. †Sicut possunt adimi le gata sic ⁊ cōditiones.h. d.dy.vel sic ademptio conditionis reddit dispositio nem puram in si.quasi pure relicta.dy.

1 ☞ Dictio cum magis solutionem solutionis notat q̄ suspen sionem dispositionis.
2 Coniuncti re tantum solidum habent.


Si quis legata. Uerba hec quib⁹ dies adiecta non est nō re 1 feruntur ad cōditionalia legata sed pura.h.d.i si.et sic†no.q̄ monosyllaba cum magis notat solutionē solutionis q̄ suspensionē dispositionis.


Duobus coniunctim. Re ⁊ verbis vel salte verbis.dy. In glo.imo ex toto in si.vt infra eodem.l.tales.§.de illo.⁊.l.cui
a fundus a Dy.In glo.vlti.†vbi habent solidum qui coniuncti
2 erant re tantum vt no.s.eo.l.que conditio.in prin.dy.

1 ☞ Conditionem de facto adimpleri sufficit.
2 Conditioni de facto parere sufficit.

1 
Meuius. †Si conditio non potest de iure ad impleri satis est q̄ adimpleatur de facto.h.d.dicit.⁊ iste casus non est alibi ⁊ prima facie responderetur contrarium. Ibi accipiētis quia non erat capax.dyn.puta bannitus.non obstat.l.vbi autem nō ap paret.in fine.de verborum oblig.quia hic operatur recipientis conditio vt hic patet in litera in fin.sine effectu.vt notatur in.l. in omnib⁹.infra de dona.causa mor.Ray.⁊ vbi glossa hic op ponit d.l.seruo legato.de lega.j.debet dicere seruo alieno.⁊ dic vt ibi notatur.⁊ eodem modo nō obstat.l.iij.de fideiusso.vt ibi habes per dyn.⁊ per ea que dixi dicta.l.seruo alieno.§.fina.pa tet respōsio ad id quod notatur.C.de his que pene nomine.l. prima.vbi glos.dicit exemplificando puta damnatus est heres dare centum non capaci ⁊ si non dederit det cētum sempronio qui erat capax quod non valet.ratio em̄ est ibi quia erat relictū per modum dispositionis hic per modum conditionis:⁊ istud aliquando visum est mihi multum dubium ⁊ quesiui peritos quos nō inueni bene satisfacere.sed hec est veritas vt puto. In glo.secūda ibi fauore humane conditionis bene rēspondet. ibi pupilli ⁊ furiosi.hoc nihil est imo potest ibi sortiri expletio con ditiōis effectum iuris hic non. dynus.ibi.l.conditiones.sed ibi est prohibita quia mala.hic mala quia ꝓhibita.argu.infra.de verbo.significa.l.probrum. Dynus .vel videtur dicendum q̄ l.conditiones.loquitur de conditionibus quarum impletiōes prohibite sunt per aliquam iuris partem.vel quarum impletio nes sunt irrisorie.id est implentes irrisionē ⁊ facti quandam in famiam irrogantes.vt si nomen vespertilionis assumpserit vt ibi patet in exemplis.hic autem loquitur de cōditionibus qua rum impletiones prohibite non sunt nec implent infamiā vel notam irrogant licet implete quantum ad eum in cuius perso na implentur iura nō sortiantur effectum. Oldr.Uel dic q̄ dif
2 ferentia est.†vtrum legatarius non possit parere cōditiōi de iu re sed de facto tantum.⁊tūc sufficit parere de facto vt hic.⁊ in fra de statu liber.l.stichus.⁊ de cōditio.institu.l.mulier.§. si vsu fruct.Pro primo membro facit supra eodē.l.hec conditio. Ibi erat ineptitudo in dispositione hic in cōditione in fine.⁊ dic vt ibi dynus.Uel dic fm Iaco.de belloiusu. q̄ ibi iussit fieri ine ptas expēsas ex quo presumitur nō sane mentis vt supra de cō ditio.institu.l.quidam.hic autem iussit dari nō capaci qui for te meruerat ⁊ ei multum seruiuerat.Iac.In glossa vltima.ibi sed aufertur.⁊ sic non capit sed accipit.⁊ fm hoc solue.infra de donatio.causa mortis.l.quod conditionis.In eadem glo.in fi ne.contra sed solue vt ibi no.dy.

1 ☞ Legatum sub conditione impleri debet etiam si cōditio re mittatur.
2 Legatum conditionale non transit ad heredem pendente con ditione.

b 
Titi fundus. b Ibi nūcrasset ⁊ si p tem tātū nō trāsit do minium.argu.de statu libert.l.ij.§.si iussis. Ibi sub cōditione diuidua alias secus.vt notat su pra eo .l.si qs.§.duobus.⁊ vide quod supra de acquirend.heredi.l.qui putat.in principio. Ibi ois numerus heredū.⁊ hoc cū fuit in mora ille in cui⁹ psona de bebat adimpleri ꝯditio.⁊ ita tollitur ꝯtrariū de.l.sub diuersis. §.j.⁊.s.eo.⁊.j.eo.l.a testatore. Ibi substituuntur scʒ per modum transiationis.j.ea.l.legatū sub cōditione.vel pone casum.per.l. s.eo.l.plautius.§.item scinditur.vt q: relictum est filio natura li vltra q̄ capere possit si centū dederit:nā si fratres habet trā
1 sit cū onere dandi vt dicitur hic.†Itē potest poni qn̄ alicui re lictum est sub conditione que remittitur.nā nihilominus pecu niam dare debet.vt.s.eo.l.hec scriptura.⁊ de conditio .instit.l. que sub cōditione.§.quoties.⁊ ideo si decedat pluribus heredi bus relictis heredes eadem forma debēt adimplere vt hic.naʒ ista litera simpliciter nō potest intelligi in legato relicto sub cō ditione.q: tūc si legatarius decederet ante impletam conditio nem nō trāsmitteret ad heredes vt.C.de caducis tollēdis.l.vni ca.§.sinūt sub cōditione ⁊.j.eo.l.si ita expressum.⁊.l.a testatore. Uel potest poni exemplum supra ad silleia.l.si quis in graui.§. si cōditione. Iaco.Posset etiā intelligi in legato simplr sub cō ditione relicto supposito q̄ fuerit in mora ille in cuius persona erat implenda conditio vt in principio dixi. In gloss.scʒ ex no
2 ua ibi.l.ij.hoc nō videtur procedere†quia regulariter legatum conditionale pendente conditione nō transmittitur ad heredē a vt.s.eodem.l.legata sub conditione.⁊.C.de cadu.tollen.l.vni ca.§.sinautem sub conditione.Et ideo hoc videtur intelligen dum de vno legatario in cuius locum directe substituti sunt per plures vt litera sonat.Oldradus. Ibi lege legatarius.que est contra . Solutio.ibi loquitur in legato hic in eo quod est dandum causa conditionis implende quod non est in obliga tione.vt supra si quis omissa causa testamenti.l.si quis sub con ditione.Cum ergo nō sit ius obligationis nō rescindit in per

b ☞ Cui fūd⁹. Adde ꝓ faci liori itellectu hui⁹.l.Bal.i.l.j.C.vt acti. ab heredib. imo.i.l.plane §.si cōiūctim. de legatis.j.

a ☞ Cui fūd⁹. Adde ꝓ faci liori itellectu hui⁹.l.Bal.i l.j.C.vt acti. ab here.imo. i.l.plane.§.si cōiunctiʒ.de legatis.j.

sonis heredum per legem decem tabularum.sicut scinditur ius obligationis .vel dic vt in cõtrario.Item opponitur ĩfra eodẽ l.a testatore.Solutio.dicas ꝙ hic fuit heres in mora vñ nemora ei⁹ preiudicet legatario permittitur heredi eius ĩplere.Petrus.In eadẽ glos.in fine.⁊ facit hec.l.ad primam questionem domini Azonis scilicet si concessuz est alicui ꝙ in aliquo nemore possit ligna talliare ꝓ se ⁊ familia sua ⁊ decedat relictis multis filijs:ꝙ vnusquisqz filiorũ non possit talliare quantum expedit sibi ⁊ familie sue ⁊ omnes simul talliare debeant tantum quantuz poterat pater ⁊ non plus.dyn.Idem potest dici in simili questione si aliquis dedit prediũ alicui monasterio vt perpetuo debeat molere sibi ⁊ liberis suis granum ad molẽdinum suum ⁊ liberi superexcreuerunt vtrum monasterium teneatur omnibus molere:de qua questione plene dixi.C.de sacrosan. eccle.auten.hoc ius porrectum.versic.vnam aliam pulchrã questionem.Et ad predicta etiam faciũt no.in dicta.l.ij.§.ex hijs.ĩ.de verb.obli.Itẽ facit ad questionẽ que no.s.de arbi.l.diẽ proferre.§.j.⁊ ad questionẽ emphiteote q decessit pluribus heredibus relictis quoꝝ vn⁹ cessauit in solutiõe.que questio no.in gl.s.cõmuni diui.l.cõi di.⁊ ibi plene dixi.Itẽ facit ad id qd no.ꝑ Card.extra.de elec.c.si qs.li.vj.⁊ allegatur etiã per quosdaz qd si in casu in quo admittitur testimoniũ de auditu decem testes deponant quod audiuerũt a bono quod omnes cẽseãtur loco vnius testis contra quod tenet glo.s.de proba.l.si arbiter.

1 ☞Sapientia cõsistere dicitur in calliditate astutia ⁊ fallacia.

1 Questum. Ibi sapienter faciet.†Nota ꝙ calliditas ⁊ astutia ⁊ fallacia dr sapientia.dy.Et ista tali sapientia hodie pro maiori parte vtũtur homines sed tamẽ finaliter male eis cõtingit in hoc seculo vel futuro.de hoc dic in glos.que dicit qd dicitur sapiẽtia ironice.i.per contrariuz quia tenetur extraneo ad interesse suum ex eo quod eum fraudauit operibus in glos. secunda ibi ironice.id est per contrariuz. nam faciens decipere non vult ⁊ decipi nõ potest.C.de ponderatoribus ⁊ auri.l.ij.li.x.de ironica locutione habes.C.de inofficioso testamẽto .l.fratres.⁊ alibi dicitur quod callida conuersatio facit aliquez esse suspectum.ĩ.de priuil.credito.l.creditores.

1 ☞Legatuz conditionale intercedit legatario naturaliter ⁊ ciuiliter mortuo.

2 Conditionis euentus attenditur si legatarius cõditionalis legati sit capax vel non queratur.

a 1 Intercidit. [a]†Legatuz cõditionale mortuo legatario naturaliter ⁊ ciuiliter intercidit,secus si ciuitas amittatur .h. dicit. Et dic legatum id est spẽs legati sub cõditione relicti,secus si sub modo.vt.ĩ.eodem.l.a testatore ⁊ ibi no.ibi decesserit pẽdente conditione.dyn.ibi deportatus est conditione pẽdente ibi quod probabilius.scilicet vt interim non extinguatur legatum.dynus.ibi statuta fuerit nec obsta.ĩ.de manumissis testamento.lege aristo.quia ibi est speciale fauore libertatis . in glossa secunda ibi admittitur sequens licet ista solutio sit vera de iure tamen non videtur soluere contrarium quia etiam in.l.contraria a lege per respectum ad personam deportati ius succedendi extinguit.ergo eodez modo extingui deberet ius legati per respectum ad personam legatarij.vnde dynus alio modo soluit quia hic legatum erat conditionale quod interim .id est conditione pendente perire nõ potest quia nullum est vt.s.de regula catoniana.l.j.sed in contrario bonoꝝ possessio erat pure delata durante deportatione.dynus.⁊ tũc dic hic non extinguitur legatum proprie non autem exponas.id est spes legati vt in princi.l.exposui omnia .sed certe solutio.dy.videtur bona

2 †quia quando legatum est conditionale vtrum legatari⁹ sit capax vel non attenditur euent⁹ conditionis.vt.ĩ.eodem.l.euz qui.⁊ quando dies legati cedat.l.si post diem.⁊ ita intelligitur hec.l.sed in.l.contraria bonoꝝ possessio erat pure delata ergo illud tempus attenditur:et ideo sequẽs admittitur.Jacobus.de areti.dicit qd habetur pro mortuo quo ad ea quorum dies non cedit eo in deportatione existẽte sed quo ad ea quorũ dies cedit pro eo non habetur vt mortuus vt hic:sed secus in dãnato in metallum.Iaco.ibi idem si restituatur vt.ĩ.de iure patronatus,l.siue.dynus.ibi:non possit ei legari quia cuz potest heres institui vt dicta.l.fina.vbi etiam dixi quando mors ciuilis equiparetur naturali ⁊ quando non.l.ex ea parte.§.insulam de verbo.oblig.que statim allegatur.⁊ tene menti hanc gl. qr non recordor.de simili.

a ¶Intercidit.Adde in l.j.in.xv.col. C.de sacros. eccle.

b ¶Cum vir. Add q dicũtur in postil. ad bar.hic in litera b.

1 ☞Conditio tribus modis conficitur in affirmatiue vel negatiue facto.

2 Portio deficiens cum onere apposito in vi modi obuenit sicut quando appositum est in vi conditionis.

1 In facto. †Largo modo ĩ facto affirmatiue ⁊ negatiue trib⁹ modis conficitur conditio.hoc dicit.Et dic in facto consistentes id est conditiones que nõ in sunt nisi apponantur ⁊ a testatore sic exponitur.s.eodem.l.multum.ibi nequid fiat alij non habent in litera quid hic nec in sequenti ⁊ ita habuit glo. Oldr.ibi vel retro.id est econtra quia supra affirmatiue hec negatiue .Dynus.in tertia species que dependet ab euentu tam in affirmatiua quam negatiua.dynus.in glos.prima ibi.§.si.et s.eodez.l.qui heredi.dynus.Et vide in alphabeto dictione . factum.

2 Fiscus. †Quemadmodum portio deficiens obuenit cum onere opposito in vi conditionis ita eodẽ modo obuenit cum onere apposito in vi modi.hoc dicit vel sic nõ refert vtrum in vi modi vel conditionis sit appositum legatum ibi cum suo forte imposito legatario in vi modi.Dynus. Item hoc verum quando peruenit ad fiscum propter casum secus si propter delictũ quia tunc non tenetur ad onera.C.de here.institu.l.j.ꝯm ray.quod est notandum.de hoc tamen dic plenius vt ibi dixi.

Sivir. Conditio apposita in tempus liberorũ eiusdem matrimonij est intelligendum nisi specialiter contra appareat.h.d.cum princi.l.sequentis ibi ad tempus liberoruz.id est si liberos procreauit.dy.⁊ vide quod sit gl.C.quando dies leg.ce.l.cũ vxori.

1 ☞Coactus restituere non dicitur capere.

2 Attendi debet semper id quod principaliter inest non quod cõsequenter.

Sed si hoc. Scilicz quod sentiret de liberis qui nascerẽtur post mortẽ dyn.

1 Quidam. †Ëaten⁹ nõ videtur capi quaten⁹ alteri quis restituere cogit ⁊ ad hoc.ĩ.de regulis iuris.l.non videtur quisquam id capere. vel dic ꝯm dyn.si legatarius qui non potest soliduz capere grauatur aliquid soluere causa conditionis implende. Dynus.et concor.l.iij.l.sic fidei.Et facit iste.§.ad ea que notantur ĩfra ad l.falcidiam.l.quoties.Dyn. Ibi portionis id est vltra portionem lege concessam.Dyn.Ibi quod eroget.id est quod necesse habet dare causa conditionis implende.Dyn.Ibi nec pro nõ. Ibi in personam eius id est respectu persone sue vt non cõsideretur quantum de bonis relinquentis discedit sed quantum legatarius irreuocabiliter capit.Oldra.In glo.vltima ibi.§.itẽ scinditur.imo manifeste contradicit hunc.§.nisi illuz intelligas ꝯm istum alias responsio esset difficilis.Ray.videlicet ꝙ ibi id quod dedit causa cõditionis non imputetur legato.sz per hoc non est adhuc solutum contrarium.qr ibi dicitur ꝙ implet pro ea parte tantum pro qua accipit :hic videtur dicere ꝙ impleat in totum quare dic sed hic non erat aliquis ad quez non peruenire deberet illud superfluum quod erat legatuz filio naturali vltra legis permissionem.Ibi non erant substituti vel coniuncti.⁊ per hunc.§.dicit Bartolus ꝙ si statuto caueatur ꝙ iudex faciens baratariam teneatur in duplum si emit fundum de pecunia baratarie ⁊ aliquid soluit ꝓ gabella ꝙ illud non debeat duplicari quia non videt accipere quod erogauit per hunc.§.

b 2 Cum vir [b] vxori. Multa valet ad tempus que non valent perpetuo.† Item quando duo insunt vnum principaliter aliud cõsequenter semper debet attendi quod principaliter inest.hoc dicit.Vel clarius cõditio que inducit viduitatem perpetuam a iure remittitur:illa autẽ que temporalis est non remittitur.h.d.Ibi ne nupserit.id est a liberis nubendo non recesserit.dyn.Et hic tollitur contrarium de.l.cum tale.in princip.infra eodem vt ibi notatur.Ibi quid iuris sit.id est an necesse sit conditionem seruare vt possit legatum capere an vero remittenda sit ista cõditio. Dy.Ibi si a liberis impuberibus ne nupserit.id est a liberis ⁊ impuberibus nubendo non recesserit.⁊ per hoc apparet ꝙ matrimonium prohibuit solum vsqz ad tempus certũ pubertatis. Et no.attendi quod principaliter intẽditur non quod ex consequentia prouenit.attenditur eñ principalter cura liberorum licet ex consequenti ad tempus sequatur viduitas.Oldr. Pro hoc supra de auto tutorum.l.j.⁊ de auro ⁊ argento legato.l.ꝙ uis quidam.vbi plene de hoc.

1 ☞Legatum deficit conditione honesta deficiente.

2 Posse dicimur tantum id quod salua honestate possumus.
3 Ueritas est maxime colenda.
4 Ueritas per iesum christum facta est cuius doctrinam omni ve-
neratione dignam omnes amplecti debent reiectis hominum nu
gamentis.
5 Ueritas ipsa Deus est.
6 Autoritas sine veritate nulla est.
7 Christus ad veritatem nos mouet mendacio contempto.
8 Ueritatē diligens pacem ⁊ gaudium obtinebit.
9 Supplicium pro veritate pati melius est quam pro adulatione ⁊ mē
dacio beneficium consequi.
10 Iudices in sententijs veritatem sequi debent.
11 Ueritas iuris subtilitate non est mutanda.
12 Ueritas triplex dicitur.
13 Ueritas virtus est opinioni preferenda.
14 Ueritas angulis non gaudet sed in plateis videri studet.
15 Ueritas vite in omnibus diminuta est hominibus.
16 Ueritas doctrine in magistris ⁊ doctoribus admodum dimi-
nuta est.
17 Ueritas iustitie in rectoribus iudicibus ⁊ principibus diminu-
ta videtur.

1 **Cum ita legatum.** † Ex defectu cō-
ditionis hone-
ste deficit legatum. Et vnius inclusio est aliorum ex-
clusio. h. d. Et vide de materia huius. l. infra eodem
2 l. mulieri. Ibi ⁊ quod sit honeste. † Nota quod ea possumus que cum
honeste possumus vt. ff. de verbo. significa. Ibi cuilibet potest es-
se. vna pars ⁊ due vt alias de heredi. institu. l. si heredi plures. §.
cuilibet. Ibi nubere alias secus esset. quia si non posset alteri nu-
bere deberet ista conditio remitti. argu. ff. l. proxima. ⁊ supra de
conditio. institutionum. l. filius. quia turpis esset ⁊ impossibilis
conditio. ⁊ facit quod notatur. ff. eodem. l. mulieri. l. nepos procu-
31 tem.vbi de hoc dixi.†Est z alia quarta introducta de iure lombardo que appellatur quarta de morgengab. Et ita profertur z scribitur communiter:sed audiui a quodam theutonico morgen gab.morgen enim in theutonico idem est quod mane.gab.id est donatio.z dixit quod cōsuetudo erat alemanica quod prima nocte qua maritus consummabat matrimoniū cum vxore quod in mane sequēti vocabatur maritus z petebatur ab eo quantū vellet vxori donare z ipse exprimebat quantitatē z communiter exprimebatur quarta omnium bonorum z alia appellabatur quarta de morgēgab. Et de ista quarta habetur in lombarda de his que a viro in vxorem dantur vel relinquuntur.l.fin.in gloss.cum recipit ab extraneo.in princip.in trebellianica dic aut recipit ab extraneo z est planum aut a coherede z tunc aut corpus hereditarium aut non hereditarium:aut pecunia hereditaria:aut non
32 hereditaria. Dyn.in gloss.cum recipit ibi onera hereditaria.†q̄ onera hereditaria nō transeunt in singulares legatarios:sed heres remanet obligatus:z iō quia plus grauatur minus sibi cōputatur in quartam. Dynus. In eius subleuamine sed fideicōmissarius vniuersalis eximitur onere.vt.ff.ad trebellianum.l.j.in principio.z not.in.§.fin.eadem.l.z ideo cum non tantum remaneat obligatus non tantum ei subuenitur z omnia computat in quartam:z hoc voluit dicere hec glos.argumen.tamen cōtra ad id quod dictum est quod sit plus grauatus primus quam secūdus.ff.ad trebellianum.l.cogi.§.generaliter.z.l.nam quod.§.non omnis.z.ff.si quis omissa causa testamenti.l.si quis.dy.in eadem gloss.in fin.hoc verum si ipsam quartam retinet z intellige quod sustinet pro quarta onus eris alieni non legatorum.vt.C.ad tre-
33 bellianum.l.ij. Dynus.†Sed hec ratio non videtur bona quia falcidia deducitur deducto prius ere alieno.vt instituto ad legē falcidiam.§.cum autem.sed dic quod licet sit verum in totum q̄d interest eius non esse.vt.ff.de minoribus.l. minoribus. Jacob.de rauen.in gl.hic distingue ibi.ff.eo.l.quod autē.z no. Dy. Ibi in quartam imputantur hoc verum dum tamen capiat ex vltima voluntate:alias omnia in trebellianica nō computant.ergo multo minus in falcidiam iure institutionis debitam.vt.ff.eodem.l.pater.in principio.z.l.si dignum.z.ff.ad trebellianum.l.debitor.§.vltimo.z.l.a filia. Dynꝰ. Ibi quod a legatarijs capit in quartam totum. Dynus. Hoc quando habet quartam contra voluntatem defuncti:sed ex voluntate defuncti obtinet.ff.eod.l.titia. quia demum quod capit iure hereditario computat sibi in quartam nec tamē illud totum:sed tm̄ fructū eius vt ibi colligitur. Jaco.ibi.§.minus.z.ff.hac eadem.l.versic.sed si accepta. Oldra. ibi quia iure hereditario capit.q̄d dic vt.ff.eodē.l.titia. Dynus.ibi ff.eo.l.id autem ibi videtur gloss.contraria:scilicet quod totum computet sed hic forte melius quod ibi not.z.l.cum pater.in principio de legatis.ij.que ibi allegatur intelligitur de pecunia quam a seipso ex sua parte accepit.vt ibi patet.z dicto.§.numus. Dy. ibi sed queritur secus in hereditario quod non computatur nisi quatenus capit hereditario iure. Dy.z Oldra.ibi habito ab extraneo q̄d computatur in totum. Dy.in gl.a fideicommissario. in fi.vel singulari. Dynus.in glo.scilicet ceteris.ibi quantū esset ei detrahendum.imo nec ei qui dedit prodest.vt.ff.patet. Jac.ibi quod ibi in.l.nesennius.z.in.l.filio.dyn.z in casu huius glo. Dy. ibi alij alias est in gloss.alius.z tunc subaudi.in fin.gloss.hic autem coheres coheredi. Dynus.in eadem gloss.in fin.vnus heredum hic vero z in.l.si fundus.legatarius heredi.z ideo non computatur:nisi detur.vt pretium quia tunc succedere videtur in locum rei:z ideo totum computatur in falcidiam: quia totum hereditario iure capitur.vt.ff.eodem.l.qui fundum.in princi. z.l.si dignum. Dynus.

Si is qui quadringenta. Si heres hereditatis rogatus restituere retenta certa summa que quartā hereditatis excedit ꝛ portio fideicommissarij non sufficit ad legata pro eo qđ heres habet vltra quartaꝫ ad legata tenetur. hoc dicit Rayñ. Et dic ꝙ iste. §. duo intendit determinare primum an fideicommissarius teneatur ad legata ꝛ inquantum. Secundum an possit detrahere falcidiam de legato vel trebellianicam de fideicommisso vniuersali ab eo relicto si nulla sibi in restitutione detractio facta fuit: vel quia non fuit necesse vt in primo casu: vel quia nō potuit detrahi propter priuilegium rogantis. vt in versiculo deniqꝫ. vel quia noluit heres detrahere. vt in versicu. inde neratius. De primo loquitur princip. §. ꝛ versicu. sed si quadringenta. ꝛ vltimus versiculus. De secundo loquunt̄ media: ꝛ deinde in quatuor partes. secūda ibi. inde neratius. al's ibi. deniqꝫ nec ex militis. Tertia ibi. sed si quadringenta. Quarta ibi. idem Julianus. Dic ergo si habeo quadringēta lego trecenta rogo deductis ducentis restituere de rigore iuris tenetur fideicommissarius in omnia trecenta legata de equitate fideicōmissarius in centum heres in centum id est in eam partem quā contingit quemlibet accipere ꝛ nihil amplius ꝛ causam assignat ibi ꝛ mihi videtur ꝛc. ¶ Secundo si restituat heres primo fideicōmissario nō deducta quarta a primo nō deducitur secundo nisi ꝛc. ¶ Tertio lego trecenta primo ducenta lego restituere secundo tunc cū herede diuiditur onus legatorū equaliter. ¶ Quarto lego trecenta rogo restituere deductis centum tenebitur fideicommissarius ad legata insolidum. Dynus ibi. deductis ducentum ꝛ sic nō deducta quota sed quantitate certa. Oldr. ibi. An trecentorum omnium. Dynus ibi. Fideicommissarius scilicet solus. Dynus ibi. hactenus id est in tantum. Dynus ibi. quatenus id est, quantum. Dynus ibi. peruenit ꝛ non vltra. Dynus ibi. aduersus eum fideicommissarium. Dynus ibi. petitionē de rigore insolidum cum ius hereditarium sit insolidum apud eū. Jac. nō obstante deductione quantitatis certe sicut nec speciei. vt. s̄. §. proximo. Oldradus ibi. actionem Dynus ibi. In heredem autem qui habet centum. Dynus ibi. Sentiat quod sentiret si compelleretur prestari. Jacobus ibi. neminem enim hoc est hodie correctum. Si non faciat inuentarium: quia tunc bene tenetur in plus quam ad eum peruenit ex hereditate. vt in auten. de heredibus ꝛ falcidia. §. si vero. Dynus. Et simile nota. s̄. titu. proxi. l. j. §. in quibusdam. ꝛ ad legem falcidiam. l. in ratione. §. quod vulgo. ꝛ plenissime dixi. C. de iure deliberan. l. fina. §. sin
34 autem duobus. ꝛ. §. si prefatam. ibi. † Denique in testamento militis non detrahitur quarta ꝛ primus fideicommissarius secundo non detrahit quartam vbi heres liberalitatem exercendo ipsi insolidū restituit. hoc dicit iste versiculus, ꝛ sequens inde neratius: ibi. Nec tamen licet faueatur ei: vt non teneatur vltra quam sit emolumentum hereditatis nec tamen ꝛc. Et hoc probat etiam sequens versicu. inde neratius. Jacobus ibi. Fideicōmissario cui per heredem a milite scriptum facta est restitutio hereditatis nulla facta detractione. Oldra. ibi inde neratius. hic incipit secunda pars principalis. Dyn. Et dic ꝙ coheredes coheredi non detrahit. vt. j̄. eodē. l. ex asse. Primus fideicommissarius non detrahit secundo. vt. j̄. eod. l. cogi. §. metianus. ꝛ. l. si patroni. §. ij. nisi in casu huius. §. ibi nisi liberalitatis ꝛc. fideicommissarius non detrahit falcidiam de legatis singularibus a se relictis. vt. j̄. eod. l. facta. §. si cum suspecta. nec etiam de relictis ab herede. vt. s̄. ad legem falcidiam. l. lex falcidia si interueniat. §. finali. nec heres potens detrahere sibi gratiam fecisset: vt hic. vel nisi coactus per fideicommissarium heres adijsset. vt. j̄. eodem. l. marcellus. §. quod si suspecta. Oldradus ibi. Sed si quadringē
35 ta habens † in hereditate quadringentorum que pro parte dimidia restituenda est fideicommissario. onus legatorum diuiditur inter fideicommissarium ꝛ heredem hoc dicit iste versicu. ibi dimidiam: ꝛ sic quotam: ꝛ ꝑ consequens quotam apud heredem voluit remanere. Oldradus. quo casu inter eos diuiditur onus legatorū. vt. C. eodem. l. ij. Jacobus ibi. rogauit ꝛ sic heres quotam retinuit que excedit quartam ꝛ sic cessat cōtrarium in prin. §. is qui quadringenta. ibi. restituere faciendam etiam fm primam propriam eius naturā dicit heredem conueniri. Jacobus ibi. Integram quartam etiam tantum solutam. Jaco. in versic. idem Jul. ibi. deductis centum ꝛ sic nō quota sed quantitate certa. Dy. ibi legatorum omnium. Dy. In glo. de rigore: ibi teneatur ad legata cum ad eius onus videatur in dubio relicta. Dy. In glo. quod perceptum fuit. in fi. hodie autem valet. vt. C. ad legem falcidiam. autenti. sed cum testator. Dyn. In glo. not. fideicommissarium primum ibi. §. quod si suspecta. hic. § nihil facit. quia loquitur in fideicommissis ab herede relictis. nam in relictis a fideicommissario secus. vt. j̄. eodem. l. facta. §. si cum suspecta. Jacob. ibi. Sed ibi respondebis: scilicet vt ibi patet: quia vt

¶ Ista. l. fm Bar. hic consueuit reputari horribilis.

ibi patet non detrahit quartam in fideicommisso vniuersali sed de legatis singulariter relictis. Dynus. in eadem glos. in fi. Itē quia que videntur a fideicommissario heredi relicta q̄ ad onus suum pertinēt sine defalcatione. j̄. eodem. l. facta. §. fina. al's. §. si cū suspecta. ꝛ argumē. s̄. de legatis. ij. l. imperator. ꝛ ad legē falcidiam. l. si fundum. Item quia grauatur quod nō detrahit falcidiam. Item quia totum ius hereditariū est quesitum a primo.
36 † ꝛ dic aut fideicommissarius vult vti detractiōe contra eos quibus a se est legatum vel fideicommissum relictum ꝛ tunc non potest vt in hoc versi. ꝛ. j̄. eo. l. si patroni. §. ij. ꝛ. j̄. eo. l. facta. §. si cum suspecta. cum concor. fallit in casu huius versi. inde neratius. aut contra eos quibus ab herede relictum est, ꝛ tunc aut cōtra fideicommissarium ꝛ non potest. vt. j̄. eodē. l. cogi. §. metianus. et. l. ex asse. aut contra legatarios vel fideicommissarios singulos ꝛ tūc potest. vt. j̄. eod. l. marcellus. §. j. et in alio. s̄. ti. proxi. laudamus. Jaco. in gloss. scilicet totorum ibi. §. si is. ꝛ ita soluendo nihil tangitur de quarta. Jaco. Ibi vt in contrario. idem multo magis in creditoribus si fideicommissarius sit non soluendo aut totum lucrum etiam quarte auferebatur heredi. vt argumē. s̄. de eo ꝑ quem factum erit. l. fi. C. de iudicijs. l. sancimus. §. fi. ꝛ. s̄. de inofficioso testamento. l. papinia. §. quoniam. Jac. ibi siue minus quidam dicunt siue cum habeat quartaꝫ quod teneatur legatarijs cum pro quarta habeat ius hereditarium. Jaco. ibi antea vero tenetur contrariū not. j̄. eo. l. marcellus. in gloss. que semper presumitur: sed quod hic not. est verius. et pro hoc. j̄. eo. l. si patroni. §. fi. sed si curreret cum fideicommissario tunc ipse prefertur. vt
37 C. eo. l. fi. † vel dic aut procedit legatorum petitio restitutionem. ꝛ tunc heres tenetur soluere legatarijs. vt. j̄. l. proxima. ꝛ. j̄. eod. l. ita tamen. §. heres. aut cōcurrunt legatarij ꝛ fideicommissarius in petendo ꝛ tunc aut sunt ascripta ad onus heredis ꝛ heres soluet: vt. j̄. eod. l. marcellus. aut onus fideicommissarij. ꝛ tunc heres totum restituit fideicommissario ꝛ ille tenetur legata soluere. vt. C. eo. l. fin. aut petitio sequitur restitutionem. et tunc heres non tenetur fideicōmissarius tamē soluet. vt. l. marcellus. versic. quod si suspecta Jaco.

1 ¶ Fideicommissarius quando de legatis falcidiam possit retinere ex persona heredis.
2 Legatarius singularis vel fideicommissarius nunꝙ cogere potest heredem adire vel restituere.
3 Commodum actionis quo heres adire cogitur accedit fideicommissario vniuersali.
4 Commodum ex coactione proueniens ad quem spectet.
5 Fideicommissarius vniuersalis ius cogendi habet non singularis.
6 Heres quandoqꝫ legata nominatim reliquit.
7 Legata simpliciter relicta ad onus fideicommissarij pertinent.

1 **Si quadringēta.** † Si heres rogatus sit hereditatem restituere ꝛ legata sunt simpliciter relicta ꝛ heres coact⁹ hereditatē adeat potest fideicommissarius ex persona heredis de legatis falcidiā retinere: ꝛ quartam trebellianicam quam heres amisit propter aditionem coactā fideicommissarius totā lucratur: nec eñ legatarius eā cōmittat idem si legata sunt nominatim ab herede relicta tū hoc secūdo casu maioreꝫ partē hereditatis cōsequit̄ fideicōmissari⁹ quā in primo. hoc dicit. hec. l. cum princ. l. marcellus. Et dic qđ primo ponitur thema ꝛ questio. Secūdo eius solutio cū sua ratiōe. Tertio rationē solutionis assignat. Quarto cōcludit aliā determinationē questionis ex ratione premissa. Secūda ibi dicendū. Tertia ibi. nam heres. Quarta ibi itaqꝫ. Dy. ibi trecēta legauit simpliciter nō determinando vtrum ad onus heredis vel fideicommissarij licet glo. dicat quod ab herede legauit. Dynus. Ibi restituit scilicet totam quia compulsus adijt. ꝛ ius deductionis quarte nō pertinet ad coactum adire. Dy. Ibi dicendum est sic ordina istam literam: dicendum est accipe quod est. j̄. tota trecenta te dare titio debere postea resumas qꝫ presumptum est. ꝛc. Et dicit quod in isto versiculo dicendum incipit ponere rationes ex quibus concludit responsionem suam ꝛ queritur ius dicendi quartam non pertinet ad coactum. Dyn. Ibi fideicommissum hereditatis. Jaco. Ibi tota trecenta non habita ratione falcidie. Dy. Que haberi non potest ex persona fideicōmissarij. vt. s̄. ad leg. falcid. si interueniat. §. nunꝙ. tamen habita ratione falcid. que haberi debet inspecta persona heredis tantum: habet tantum ducentū. xx. ita loquitur legis conclusio in fine ꝛ litera non sibi cōtraria ꝛ hoc probat per rationes ex quibus infertur conclusio. Dyn. ibi titio debere sola voluntate testatoris non falcidie ratione inspecta. Jaco. vel dic inspecta persona tui fideicommissarij. sed non inspecta

nō inspecta persona heredis in cuius locū per restituti. substitutus videris būs detrahit falci.ꝛ hoc probāt rationes sequētes ꝛ cōclusio que ex ipsis rationibus sequitur. Dy.ibi.nā heres hoc rogatus sequitur responsio que videtur contraria precedenti:sed dic qꝺ hic autor legis cōsiderauit fideicōmissum ex persona heredis ꝛ ideo fal.detrahitur. Dyn.ibi.vt te scꝫ fideicōmissarium Dynus ibi.ꝛ qꝺ heres.scḋm primū casum nō corrigitur secundum alium scꝫ cum sponte heres adijt repetit Jac.ibi.habiturus ꝛ sibi retenturus. Jaco.ibi restituat id est restituere videtur esse rogatus. Dy.ibi.quantū igitur habet alias haberet scꝫ postea legata soluta. Jac.ꝛ hic ponitur quedā illatio ꝛ apparet quod hucusqꝫ considerata fuit tantū persona heredis ibi rogatus est id est rogatus esse videtur. Dy.ibi.itaqꝫ id est qꝛ ibi centū titio trecenta videtur restituere esse rogatus. Dy.vel dic qꝺ tota hereditas per legatū ꝛ fideicōmissum distributa est ꝛ nihil heredi remanet si queratur de falci.sic ineunda est. Jac.ꝛ in isto versi. ponitur alia illatio in qua ponitur quedā determinatio misti cōsiderando personā heredis ꝛ legatarij in casu quo heres sponte adiuit ibi quo.i.propter qꝺ. Dyn.ibi nō ergo reuertitur ad casum in quo heres coactus adiuit:ꝛ dic nō ergo id est qꝛ loco heredis est substitutus ꝛ heres nō daret legatario integrum legatum ergo nō plus ꝛc. Jaco.ibi.titio legatario. Dy.ibi:adita hereditas:qꝛ coacto illi tm̄ prodesse debet. Old.qui potest cogere sed fideicōmissarius tm̄ potest cogere ꝛ nō legatarij singulares. vt.j.eo.l.nam qꝺ.§.nō omnis.ergo coactio fideicōmissario soli prodesse debet ꝛ nō legatario titio. Dy.ibi.foret sed tunc quādo sponte adijsset debent legatario titio sola ducenta.xxv.ergo ꝛ quando coactus adiuit,totidem debeantur ꝛ nō vltra. Dy.ex posita litera veniamus ad declarationem legis nostre que satis est obscura ꝛ perplexa ꝛ ad euidētiam huius le.ꝛ princi.sequen-
2 tis premitte quatuor:primum ꝙ† nunꝙ̄ singularis legatarius vel fideicommissarius potest cogere heredem adire ꝛ restituere. vt.s.si quis omissa causa testamēti.l.si quis omissa.sed est quod aut legatur expresse ab herede ꝛ nominati ꝛ tūc fideicommissarius nō potest fal.deducere:aut expressim a fideicommissario ꝛ non potest detrahere falci.aut simpliciter nō declarando ab herede vel fideicommissario:ꝛ eo casu considerata fideicommissarij persona fideicommissarius ipse non poterit detrahere falci.ꝛ ita loquitur principium huius.l.sed considerata persona heredis potest detrahere falcid.vt patet in fine huius leg.ꝛ.l.sequenti.tertium quia regulariter fideicommissarius non potest detrahere falci.de legatis fallit quando hoc testator voluit. Item quādo heres voluit fideicommissario gratificari siue expresse hoc dixit siue nō.hoc enim presumitur ex totali restitutione vt no.s.eod.l.
3 j.§.inde neratius.† quartuꝫ est commodū actionis quo cogitur heres adire accedit fideicommissario vniuersali qui potest cogere ꝛ nō legatario vel fideicommissario singulari qui cogere non possent.vt.j.eo.l.nam quod.§.non omnis. Dy.alij predictā additionem. Dy.sic habent ad euidentiam huius legis ꝛ sequētis premitte regulam ꝛ ipsius exceptionē regulariter no.quod nunquam fideicommissarius potest vti detractiōe falci.vt supra ad legem falcidiam.lex falci.si interueniat.§.nunꝙ̄ ꝛ.j.eo.l.ex asse. ꝛ.s.eo.l.j.§.vlt.versic.inde neratius.ꝛ ibi nota.fallit quando heres institutus ꝛ de restituendo rogatus restituit totam hereditatem non detracta quarta volens liberalitatem cōferre in fideicommissarium:ꝛ si heres sponte adijt hoc casu detrahit fideicōmissarius ex persona heredis vt dicto ver.inde neratius. aliter quando ad postulationem fideicommissarij heres coactus adit ꝛ totum restituit tunc ex persona heredis nō sua fideicommissarius detrahit falci.vt.j.eo.l.marcellus.§.qui suspectam.ꝛ hac.l.
4 qui quadringenta versi.itaqꝫ.scḋa regula est† ꝙ commodum ex coactione proueniens sentit solus ille qui habet ius cogendi nō qui nō habet ius cogendi.vt.j.eo.l.cogi.§.metianus.ꝛ.§.sequen
5 ti ꝛ.l.ex asse.ꝛ.l.marcellus.§.quod si suspectaꝫ.tertia regula est† quod ius cogendi habet fideicommissarius vniuersalis non singularis.vt.j.e.l.cogi.§.ꝛ generaliter.ꝛ.l.nā quod.§.non omnis. Item nota quod legata quandoqꝫ relinquunt ab herede nominatum quandoqꝫ a fideicommissario nominatim quandoqꝫ simpliciter ita quod non nominatim ab herede nec a fideicommissa
6 rio.† Primo casu quando legata relinquūtur ab herede nominatim quia semper heres conuenitur si spōte adeat potest deducere fal.de legatis.vt.j.eo.l.marcellus.ꝛ hac.l.ꝛ quasi per totum titu.si coactus tunc nō deducit eam heres:sed alius. vt.j.eod.l. quia poterat.quia fideicommissarius deducit ex persona heredis cum substituatur in eius locum vt hac.l.ꝛ.j.eo.l.ita tamē.§. qui suspectam.scḋo casu quando a fideicommissario nominatiꝫ relinquuntur:qꝛ tunc semper conuenitur fideicommissarius siue coactus heres siue spōte adeat nō est locus fal.qꝛ ex psona heredis nō est ab eo relictū nō fuerit.vt.j.eo.l.facta.§.cū ibi suspecta. Itē nec ex persona fidei cōmissarij.vt.s.ad.l.falc.l.lex fal.si inter

ueniat.§.nunꝙ̄.tertio casu qñ simpliciter relinquuntur habet locum hec lex quia tunc detrahit heres quartā si sponte adeat vt hac.l.si vero adijt adhuc fideicōmissarius detrahit ex persona heredis non ex sua ꝛ ante restitutionem conuenietur heres a legatarijs post restitutionem fideicommissarius.vt.j.eod.l.ita tamen.§.qui ex trebelliano.op.quod celsus legis conditor videtur vnum proponere ꝛ aliud concludere:opp.quod heres non possit conueniri ad legata.vt.C.eodem.l.finali sol.duobus modis oppo.quod fideicommissarius non possit deducere quartam etiaꝫ si vt suspecta adeatur hereditas.vt.l.facta.§.si cum suspecta.opponi.qꝺ non fiat in partes diuisio si omnia legata sint ad onus fideicommissarij pro ea parte saltem quam percipit.vt.s.eo.l.j. §.is qui quadringenta.solu.non potest aliud responderi nisi qꝺ ibi relicta fuerunt simpliciter ꝛ ideo sunt ad onus fideicommissarij.hic nominatim ab herede ꝛ secundum hoc celsus corrigit per marcellum ꝛ ad hoc bene facit.§.idem iul.s.l.proxima.in fine.nisi dicas quod aliud quando expresse quarta relinquitur heredi quo casu non videtur excessisse dodrantem ꝛ ideo nō est locus deductioni quarte ex persona heredis non quia non est grauatus vltra dodrantem ex persona fideicommissarij non:qꝛ nō potest quartā deducere ꝛ sic ex nullius persona.sed in.l.ista qui quadringenta.detrahit fideicommissarius ex persona heredis qui videtur vltra dodrantem grauatus.oppo quod plus restituatur ideo:quia suspecta est dicta.vt infra eodem.l.ex asse.dein de quere an ista.l.ꝛ.j.l.proxima.marcellus.loquantur eodem casu an corrigatur vna per aliam.ꝛ dic quod ista lex qui quadringenta.corrigitur per.l.marcellus.fm Azo.alij antiqui quod nō corrigitur:quia ista lex loquitur quando simpliciter est relictum legatum:sed lex marcellus quando nominatim ab herede:ꝛ est ratio diuersitatis inter casum qui ponitur hac.l.ꝛ casum qui ponitur in.l.marcellus.quia in hac.l.inuenitur fideicommissarius habere centum septuaginta quinqꝫ:in.l.marcellus.inuenitur habere multo plus quando heres adiuit coactus quia debet habere centum que heres amisit propter aditionem coactam.trecenta debent diuidi in septem partes de quibus debet habere fideicōmissarius quatuor ꝛ legatarius tres.ratio est ista quia in hac l.relicta fuerunt legata simpliciter non designando nominatim
7 ab herede vel fidei cōmissario† ꝛ lege cauetur quod legata simpliciter relicta pertinent ad onus fideicommissarij.vt leg.finali. C.eodem.ergo videntur exempta de eo quod fideicommissario confertur.si ergo testator qui habebat in bonis quadringēta reliquit titio trecenta ꝛ rogauit heredem de hereditate restituenda illa trecentum videntur exempta de hereditate.ergo perinde videtur haberi ac si fideicommissario reliquisset centum ꝛ titio trecenta.cum ergo heres adeat coactus debet perdere illa centū que detrahere poterat ꝛ debent remanere penes fideicommissarium ex persona heredis potest fideicōmissarius detrahere falcidi.de trecentis titio relictis:ꝛ ideo detrahit falcidiam de his ꝛ ideo habebit centum septuagintaquinqꝫ sed in.l.marcellus.legata fuerunt nominatim ab herede relicta ꝛ ideo non potest dici quod pertineant ad fideicommissarium:nec quod videantur exempta de hereditate.si ergo testator qui habet quadringenta in bonis legauit trecenta titio ꝛ rogauit heredem de restituenda hereditate illa trecenta titio legata non videntur exempta ꝛ ideo perinde ac si trecenta reliquisset titio ꝛ fideicōmissario quadringenta:ꝛ si heres adijt sponte detrahit quartam scilicet centum ꝛ remanent trecenta ꝛ ideo de illis debēt fieri septem partes:quatuor partes debet habere fideicommissarius cui videntur quadringenta relicta:tres partes titius legatarius cui videntur trecenta relicta.si vero heres adeat coactus debet perdere illa centum propter aditionem coactam.ꝛ debent pertinere ad fideicōmissarium qui habet ius cogendi ꝛ ad cuius postulationem fuit heres coactus adire ꝛ sic remanent trecenta de quibus debet fieri eadem distributio scilicet in septem partes ꝛ tres debet habere legatarius quatuor fideicommissarius ita quod isto casu quādo heres adiuit coactus plus habet fideicommissarius scilicet centum quam perdidit heres: quia coactus adiuit: ꝛ quatuor partes in alijs trecentum quod non est in hac.l.quia hic habet solum cētum septuagintaquinqꝫ. Dynus in glossa pone casum in princip.hec positio antiquorum magis est amica veritati ꝛ litere quam positio Azo. Licet ꝛ ipsi antiqui aliquantulum errauerint:ibi ab herede titio non nominatim:sꝫ simpliciter vt.j.dicetur. Dynus ibi.de tertia ad secundam.ꝛ hoc fm vnam lecturā.scꝫ prout est in litera legatario dare deberet:sed prout est debeas nō mutat personam sed semper loquitur in secunda persona. Dynus ibi.legatorum petitionem si totum esset legatū. Dynus.ibi.restituere videtur esse rogatus ꝛ hoc dicit vsqꝫ ad versiculum itaqꝫ ꝛc. Et tunc aliū casum incipit inferendo ex superioribus. Jaco.habendo respectū ad potestatē legis falcidie nō vt s.habuit ad potestatē legis.xij.tabularum ꝛ testatoris mētem.

Old,ibidem.⁊ nominatim nõ sint ascripta ad onus heredis.vt s̃.eo.l.j.§.si is qui quadringenta.Jacobus ibi.veruz licet in hoc errauerũt veteres ibi nõ ergo plus ⁊c.⁊ hoc quia nominatiz ad onus heredis ascripta non sunt.vt.s̃.eod.l.j.§.si is qui quadringenta.Jacobus ibi.non posset aptari ad certum.imo dic q̄ concludit hic nõ ergo plus ⁊c.sed tunc.s̃.quãdo sponte adijt ducentum vigintiquinq; debentur ergo etiã quando coactus debent̃ totidem ⁊ nõ plus.fm Dy.nec concludit celsus cõtra propositum:quia ibi in prima responsione considerauit fideicommissarium ex persona sua in secunda respõsione ⁊ illatione facta ex ea considerauit fideicomissariũ ex persona heredis.Et sic fm istas cõsiderationes procedit qđ dicit celsus,in tota hac.l.fm ipsum Dynum.Alij dicunt qđ in proposito celsus cõsiderauit voluntatem testantis ⁊ potestatem legis.xij.tabularum.de qua dicit̃.s̃.ad legez falcidiam.l.j.in principio postea in fine concludendo cõsiderauit potestatem legis falcidie:sed adhuc remanet oppositio.⁊ ideo dic fm Dynũ:sed videtur obstare.s̃.l.proxima.in fine.Sed dic q̄ ibi heres detrahit quartam ex vniuerso patrimonio ⁊ fideicommissarius non detrahit ex persona sua que heres detraxit.sed hic ex persona heredis coacti adire detrahit quartam ⁊ retinet precipuã eo modo quo heres si sponte adijsset.Et in hoc errauerunt antiqui quia dixerunt fideicommissariũ teneri ad integra trecenta legatario qđ est falsum.imo de eis retinet fideicommissarius falcidiã ex persona heredis.in omnibꝰ alijs bene dixerunt antiqui sed certe multum repugnat huic intellectui quia fm hunc intellectum plus reperietur habere fideicommissarius quam heres non reperitur habere centũ ⁊ septuagintaquinq;:⁊ tamen heres si sponte adijsset nõ haberet nisi centũ:vnde iste intellectus videtur absurdus nisi dicas qđ fideicõmissarius habebit septuagintaquinq; ex psona sua ⁊ iure sui fideicõmissi sed ⁊ tunc esset absurdum:quia fm illam computationẽ debet habere solum illa duo septuagintaquinq; ⁊ sic in summa centum quinquaginta,⁊ modo reperitur habere centum septuagintaquinq;:quare tutius videtur tenere opinionẽ Azo. quod in hac.l.qui quadringẽta.legatum fuit nominatim ab herede relictum.⁊ pro hoc.l.corrigitur per.l.marcellus in dicto:sed nõ in rationibus:sed certe ⁊ predicta computatio tolleretur:vt ptz in.l.marcellus.versiculo quod si suspecta:vt ibi per Oldr.suppleui quare teneas casum ⁊ opinio.Dy.Sed certe hic ideo ⁊ in.l.marcellus fit talis computatio:quia legata fuerunt nominatim ab herede relicta:⁊ sic fideicommissarius ex persona sua semper debet habere quatuor partes de trecentis ⁊ etiam vltra centũ que heredi debentur iure falcidie.sed in.l.ista talis computatio non potest fieri cum legata fuerint relicta simpliciter:⁊ sic respiciunt onus fideicommissarij ⁊ sic heres tñ centum fideicommissarius septuagintaquinq; deberet habere.⁊ si bene aduertatis bene potest defendi opinio Dyni cõsiderando fideicõmissarium ex persona sua qua inspecta habebit septuagintaquinq;:⁊ sic cum duplici persona fungatur duplici detractione vtetur. argumen.s̃.de conditionibus ⁊ demonstrationibus.l.qui duobus.in fine.l.⁊ sic quidquid dicat Dyn.dic quod primo in hac.l.ponitur thema ⁊ questio vsq; ad versicu.dicendum:ibi.secũda pars in qua ponitur vna responsio ⁊ duplex ratio considerãdo fideicommissarium ex persona heredis non ex sua.licet Dynus dicat econtra q̄ aperte falsum est:vt ex textu colligi potest vsq; ad versicu.ita.ꝫ.ibi est tertia ⁊ vltima pars in qua ponitur quedam illatio ⁊ conclusio ex quibus colligitur secunda consideratio determinando fideicommissariũ ex persona sua ⁊ ex persona heredis vsq; ad finem.l.Raynaldus ibi.ad onus heredis id est ab herede nominatim legauit.Dyn.ibi.Non dixit:sed simpliciter legauit.Dynus ibi.Legem precedentem ⁊ iste est verus intellectus ibi.Vel dic secundum casum Azo.istum intellectum Azo.sequuntur omnes glo.que sequuntur post istam glossam que posuit casum ⁊ intellectum antiquorum:qui intellectus antiquorum placet Dyno.saluis his que predixi.⁊ intellectus Azonis sibi non placet.imo dixit quod non intellexit.l.istam.In glossa iste rationes.in fine.que positio nõ placet Dyno.In glossa scilicet eo casu.in fi.⁊ fm hoc concludit hic ⁊ fm contingit q̄ ⁊c.que cõclusio incipit:ibi.⁊ quodj heres promittis ⁊c.Jacob.in glossa hoc videtur verum.in fin.huius glo.est fatua secundum Dynum.vel dic q̄ celsus dicit primo quantũ debeatur inspecta testantis voluntate nunc quantum debeatur inspecta falcidie potestate.nec enim est verosimile quod contra se loquatur ⁊ tam cito se corrigat vt insanus.Jacobus de are.⁊ Oldra.Et aduerte quod iste leges multum ibi simul aduersantur.nã.s̃.l.j.§.is qui quadringenta.vtrumq; de falcidiam prestatur legatario.scilicet ducenta vigintiquinq; legatario fideicommissario septuagintaquinq; quasi sola centum relicta intelligantur in.l.marcellus detracta falcidia in vniuersum per heredem trecentum in partes septem diuiduntur ex quibus fideicommissarius quatuor.scilicet centũ septuaginta vnam solidos octo.⁊ econtra legatario vero tres scz centũ vigintiocto ⁊ mille saluo errore calculi habere debent.põt dici vt dictus.§.is qui quadringenta.s̃.l.j.⁊ hec.l.qui quadringenta trahuntur ad.l.marcellus.scilicet:vt quod dicitur.§.is qui quadringenta.cõpetere petitionem in trecentis verum fit quantũ ad formam petitionis.effectus aũt exactionis fiet fm.l.marcellus.qđ autem đr in hac.l.qui quadringenta.corrigatur p l.marcellus.Vel dic aut testator ascripsit legata ad onus fideicommissarij quod patet quia testator curauit prouidere heredi in deductione cum hereditatem restitueret aut reliquit legata ad onus heredis:vt quia testator hoc nominatim dixit:aut non apparet ad onus reliquerit quia simpliciter reliquit primo casu aut remanet heredi sola quarta sub nomine quantitatis retẽta ⁊ tunc solus fideicommissarius tenet̃ nec aliqua diminutiõe vel retentione vtit̃.vt.s̃.eo.l.j.§.vlti.versi.idem Julianus.aut heres hꝫ vltra quartam ⁊ tunc aut hꝫ sub noĩe quantitatis hereditatis ⁊ tunc petitio scinditur.vt eo.§.vlt.s̃.l.proxi.versi.sed si quadringenta.aut per modũ deductionis,⁊ tunc excutitur fideicõmissarius in toto qđ ad eũ peruenit ⁊ in superfluo seruata quarta integra heredi conuenit heres:vt in principio dicti.§.si is qui quadringenta.In scđo casu principali qñ testator nominatim reliquit legata ad onus heredis obtinet.l.marcellus.vsq; ad.§.res que.In tertio casu qñ testator legata reliquit simplr̃ obtinet hec lex qui quadringenta.que de presumptione loquitur:⁊ fm hoc nulla corrigitur.Jac.de are.omissis glo.⁊ omnibus alijs si vis habere veritatẽ huius materie tene opi.Dy.Cõiunctis etiã dictis.s̃.per Jaco.de are.⁊ Ray.qui in vno arguit opi.Dyn.⁊ credo q̄ bene quatenus Dy.dicit in principio cõsiderauit fideicommissarium ex persona heredis:quia vt dicit ipse Ray.imo consideratur ex persona heredis ⁊ hoc indicat litera in versicu.nam heres vt te suo loco constituat ⁊c.

1 ☞ Legata particularia expressim ab herede relicta cum fidei commis.vniuersali contribuuntur.
2 Cautio prodest fideicommissario ius cogendi habenti.
3 Heres quartam detrahere potest de legatis ⁊ fideicõmisso que pertinent ad onus ipsius.
4 Precium rerum per heredem venditarum ⁊ in eius vtilitatem conuersum computatur sibi in quartam.
5 Dominium fideicommissi transit in fideicommissarium per restitutionem.
6 Prelegata veniunt in fideicommissum in quo non est facta mẽtio hereditatis.
7 Fiscus succedẽs loco heredis eo iure vtitur quo heres vteretur.
8 Prohibens aliquem testari punitur in duplum.



Marcellus. Lex ista primo loquitur quãdo heres spõte adijt. In secunda quando coactus adiuit. Tertio quod dixerat confirmat ⁊ ampliat.pma durat vsq; ibi quod si suspecta.scđa vsq; ibi.quod aũt ibi.tertia vsq; ad.§.idem pap̃.Et vide qđ plene
1 notaui.s̃.l.proxi.Et breuiter hoc dicit † legata particularia expressim ab herede relicta contribuuntur cum fideicommissario vniuersali ⁊ estimatur quãtum valet tota hereditas ⁊ fideicommissarius in tantũ tenet̃ legatarijs quantũ teneret̃ heres si sponte adijsset:⁊ hec vendicant sibi locum in testamẽtis in quibus nõ habet locuz falcidia.h.d.vsq; ad.§.idem põp.Et dic marcellus nõ corrigens qđ dictum est in.l.precedenti.in aliqua parte sui sꝫ nouam questionẽ proponens ⁊ determinans.dy.licet glo.dicat contrarium qđ sequitur lectura Azo.ibi.in hac specie.i.in qõne que sequitur non aũt exponas vt dicit glo.Dyn.ibi.ad heredis onus specialiter.Dyn.ibi legata dixerit.i.legata reliquerit nominatim ab herede prestanda.Dy.ibi.in parte quarũ quelibet partiũ ascẽdit libras quadraginta duas sol.xvij.⁊ vltra duo dicuntur remanere indiuisi saluo errore calculi:⁊ ita contingunt fideicommissario centum septuaginta vna solidi.viij.⁊ legatario centum.xxviij.⁊ solidi.xj.saluo errore calculi ⁊ remanent dicunt duodecim indiuisi.ibi tres partes legatarius subaudi ⁊ heres quartam quadringentorum.scilicet centum.Dynus.Ex sua persona retinebit:vt dixi.s̃.l proxima.Raynald.in versicu.q̄ si su-
2 spectam.ibi.apud fideicommissarium:† quia sibi debet prodesse cautio cum ipse habeat ius cogendi ⁊ non legatarius.Dyn.ibi habiturus esset heres.si sponte adijsset.Dyn.ibi.eadem distributio in septem partes.Dyn.ibi.vt ex his trecentis dimissis in septez partes habeat.hoc intellige quantũ ad cõputationẽ eius quãtitatis que est extra falcidiã qđ fideicõmissarius ex persona heredis potest legatario retinere:vt dicebam.vt.s̃.l.pxi.Ray.ibi adita fuisset cũ hoc sit quod ipse legatarius ius cogendi non habeat.vt.j.eo.l.nam q̄.§.non omnis.Dynus ibi qđ autem cõ

firmat

firmat ⁊ ampliat quod dictum est.s.ibi dictum est,s.vt non plus
fuerant legatarij herede coacto quaz herede sponte adeunte hoc
idem dici potest:⁊c.Dy.ibi locum non habet.hoc intellige quan
tum ad computationem eius quantitatis que est extra falcidiaz
vt tota hereditas,scilicet quadringenta inter legatarium ⁊ fidei-
commissarium diuidantur in septem partes.Iac.ibi si qui sunt
alij:vt in his qui iure militari testantur:vt.j.de bono.pos.ex te-
stamento militis.l.j.Iacob.In glossa.hec lex corrigit in fine que
positio Azo.non placet.Dy.vt.dixi.s.l.proxima.Dy.In glos.
quod semper presumitur ibi etiam ante restitutam hereditatem.
contrarium huius no.s.l.proxi.§.finali.In glossa que incipit.sci
licet tutorum:⁊ verior est illa glossa.vt ibi dixi in glossa secus non.
in fine.sed dic vt ibi:sed voluntas in parte erat inepta.vel dic se-
cundum Iacobum de bel.quod ibi non habet plus quia vtroqz
casu erat idem habiturus cum inepta esset voluntas.⁊ sic concor
dat.Uel dic quod ibi in alterum casum deficit conditio:⁊ ideo
habet plures eo casu:vt ibi no.Iaco.in eadē glossa:ibi.id est ex
asse.in fine.quod est falsum.vt no.s.eo.l.j.§.inde neratius.⁊ illa
lex ex asse non loquitur in fideicommissario sed in socio.Dy.

Item pomponius. Rogo restituas dedu-
ctis legatis non solum
de fideicommisso sed etiam de legatis detrahes quartam.hoc di
3 cit Dynus.vel sic† ⁊ in idem recidit si ad onus heredis pertinent
legata ⁊ fideicommissum de vtroqz quartam detrahere potest.
In glossa hoc constat.in fine.sed dic vt ibi.vel secundum Iaco-
bum de bel.hic ex asse:ibi pro parte fuit heres.⁊ ideo ibi pro par-
te coheredis non deducit.vel dic quod ⁊ hic ⁊ ibi deducit heres
si vult legata a se relicta.⁊ sic concor.Uel dic quod deducit vti-
lia legata vt hic sed inutilia nō:vt ibi.quelibet solutio bona.Ia-
co.Querit Barto.vtrum ista retentio sit falcidia vel trebelliani-
ca:dicit ꝙ pro parte quā trahit legatari⁹ est falcidia pro ea quaz
detrahit fideicommissarius est trebellianica.

a **Res que.** Magis[a] est opus suppletiōe ꝙ summatio-
ne quia nimis summarie loquitur.dic ergo
4 †ꝙ pretiū rerum venditarum per heredem ⁊ conuersum in eius
vtilitatem computatur sibi in quartam si placet fideicommissa-
rio.nam ⁊ si velit potest eas vendicare secundum glos.Ray.Et
dic alienate sunt ex voluntate non ex necessitate.Dynus.in glos.
hoc accipe:ibi.§.actiones.⁊.§.si ex trebelliano.⁊.l.si patroni.Ia-
cobus.ibi de petitione hereditatis.l.diuus.imo ⁊ hoc casu com-
putatur pretium in quarta.vt dicto.§.sed enim.Iaco.ibi ex cau
sa dotis siue precedant legata siue sequantur fideicommissum.
Dy.ibi.etiam hodie his casibus si necessitas immineat ex perso
na defuncti.Secus si ex persona heredis:vt satis patet dicta.l.
Et de legatis.l.filiusfamilias.Dynus.ibi de libertis ⁊ eorum li-
beris.l.j.Imo dic aut alienat voluntarie ⁊ computat in quar-
tam:vt hic:aut necessario ⁊ tunc aut pretium in eius vtilitatem
est conuersum:⁊ computat perinde acsi voluntarie alienasset aut
non est versum ⁊ non computat.Dynus ibi res alienate quod
verum est si ex necessitate alienentur.si autem ex voluntate sequi-
tur.Dynus ibi alienatio inhibetur medio tempore.contrarium
tamen nota.⁊ melius in autenti.de restitutio.⁊ ea que parit.§.
ob rem.Dynus.de hoc an teneat alienatio vel non varie sunt
gloss.⁊ opiniones:vt dixi dicta.l.vltima.§.vltimo.C.communia
de legatis.et auten.ibi signata.ibi videas.Et quod etiam di-
xi de legatis primo.l.seruo legato.§.j.de conditionibus et de-
monstrationibus.l.si fundum.et de regulis iuris.l.plerunqz.
et an seruus subiacens restitutioni possit manumitti.j.eodem
l.quidam ita.§.vltimo.ibi non nisi facta restitutione:sed certe
ex restitutione verborum facta.effectus iuris hereditarij tran-
sit in fideicommissarium ⁊ non ante.vt.j.eodem.l.facta.in prin
5 cipio.† Et licet heres non habet dominium tamen per restitu-
tionem transit in fideicommissarium vt sic plus iuris habet ex
restitutione quam heres habuit facta repudiatione.nam ⁊ re-
stituta hereditate agit fideicommissarius contra heredem de-
bitoris defuncti actione hereditaria quod constat heredē face
re non posse:vt.j.eodem.l.ita tamen.§.si ex tabelliano.transfert
ergo dominium:sed cum sua causa vt per restitutionem heredi
tatis sibi imminentem subsecutam transeat dominium in fidei
commissarium.argu.s.de contrahenda emptione.l.alienatio.
C.de pignoribus.l.debitorem.⁊.s.de conditionibus ⁊ demon-
strationibus.l.si fundum.Iaco.ibi non amplius.contrarium
nota.j.eodem.l.si legatus.§.penultimo.Dynus ibi familie her
ciscunde.l.filium.quod verum est in quarta trebellianica.vt di-
cta.l.si ex pluribus.patet ⁊ eodem titulo.l.si fundus.Dynus.⁊
de hoc plene dixi dicta.l.filium quem habentem.C.familie her
ciscūde.Ibi solemus dicere in quarta debito iure institutionis
vbi distingue:aut plura legata relinquūtur pluribus:aut vni.
vt nota.C.ad legem falcidiam.l.iij.Dy.in fin.secus credo in fi-
lio instituto.⁊ de restituendo grauato qui pro debito bonorum
subsidio potest alienare ⁊ inuito fideicommissario illud alienatuz
remanebit indebitum bonorum subsidium.⁊ ar.supra de distr.
pigno.l.creditori.⁊ in autenti.de restitutio.§.quamobrem.⁊ sic
poterit illud debitum bonorum subsidium in vna re retinere.Ia
co.⁊ Oldra.

Quidam liberis. Iste casus nō est alibi.Dy.
Et breuiter hoc dicit.Ro-
go restituas portionem veniunt prelegata:secus si portionem he
reditatis quia tunc prelegata non veniunt.Dyn.Uel sic ⁊ idem
6 effectus.†prelegata veniunt in fideicommissum in quo non fuit
facta mentio hereditatis:⁊ allegatur quod dictio qualitatiua
adiuncta subiecto habet modificare ⁊ restringere subiectum.et
pro hoc.s.de triticaria.l.j.ibi datis preceptionibus.id est pre-
legatis.Ibi preceptiones:id est prelegata.Dynus.in gloss.di-
stinguere:ibi ad legem falcidiam.l.titia.sed an computentur in
quartam dic vt ibi.⁊ quod hic glos.notat est verum nisi testator
vteretur verbis generalibus seu vniuersalibus ⁊ futuri tempo-
ris:quia tunc veniunt in restitutionem:vt.s.de legatis.ij.l.cum
pater.§.fidei tue committo.⁊.C.de fideicommis.l.cum vtrum.ꝙ-
uis glo.ibi posita errauit.⁊ de hoc ibi dixi.⁊ dicitur infra in fi-
ne huius glo.Dy.Ibi hereditariam.scilicet portionem vel por-
tionem hereditatis vel hereditatem.Dyn.ibi ⁊ no.veniunt nisi
pro ea parte que hereditario iure capitur.vt.j.eodem.l.in fidei-
commissaria.§.vltimo.⁊.s.de legatis.iij.§.si titius.Dy.⁊ secun-
dum Dynum vacare debet quod multi hic habent subsequen-
ter in glo.quidam enim habent aut simpliciter portionem vel he-
reditatis portionem:⁊ tunc veniunt vt hic:⁊ infra eodem in fi-
deicommissaria.§.si.quod totum vacare debet secundum Dyn.
ibi vbi de hoc dixi.⁊ hoc in fideicommissaria substitutione.in vul
gari autem substitutione non veniunt:vt.s.de legat.ij.l.miles.
§.ij.⁊ de legatis.iij.l.sextilia.Dy.in pupillari dic vt.s.ad legem
fal.l.pater.in prin.in dona.cau.mor.dic quod non venit in resti-
tutione hereditatis.s.de leg.ij.l.sequens questio.in fi.ar.contra. a
s.de annu.leg.l.liberto.§.filium.vbi de hoc.

a Res q̄ magis.Add ad hūc.§.Io.de imo.cōsi.xviij.⁊ Lud.ro.cōs.inci.visa facti narratione.

7 **Si is qui rogatus.** †Fiscus q succedit in
locum heredis eo iure
vti debet quo vteretur heres si hereditatē haberet.hoc dicit.Et
idem est si hereditas confiscatur propter delictum heredis reti-
net fiscus quartam ⁊ tres partes restituit fideicommissario vni-
uersali.Dy.Ibi testamentarium.i.tabellionem qui debebat cō-
ficere testamentum.Dy.Et no.bene hanc literam que sepe de fa
cto contingit ꝙ venientes ab intestato prohibent ad testatorem
8 introduci tabellionem ⁊ testes†hodie prohibens testatorem te-
stari vel alicui relinquere punitur in duplum in auth.vt nulli iu-
dicum.§.⁊ hoc puenit.col.ix.⁊ facit.s.de leg.ij.l.lucinius.§.sem-
pronia.⁊ qd no.in glo.in auth.vt cum de ap.co.§.si conuictus.ibi
fisco vendicata est ppter delictum heredis.Dy.Secus si ex deli-
cto defuncti:vt.s.de leg.ij.l.cum filius.§.fi.Dy.

1 ☞ Heres per fideicommissarium adire coactus omni cōmodo
⁊ incōmodo carere debet.
2 Uoluntas sufficit pro ratione.
3 Diuersitas corporum sequitur diuersitatem annorum.
4 Expressio non requiritur in noui operis nunciatione.


lia poterat. Heres institutus ⁊ de re
stituendo rogatus cōpel
litur adire ⁊ restituere ad petitionē fideicōmissarij et
transferre actiones p restitutionez ⁊ priuat beneficio
1 retentionis quarte.h.d.Uel sic† heres coactus hereditatem adi-
re ad instantiā fideicōmissarij omni cōmodo ⁊ incōmodo carere
debet.Uel sic fauore vltime voluntatis compellor facere quod
alteri prodest ⁊ mihi non nocet.ibi suo periculo.s.fideicommissa-
rij.Iaco.ibi cogatur heres conditione ex hac.l.vt.s.de condi-
ctio.ex lege.l.j.⁊ ibi in gloss.sed tu dic qd iudicis officio adire co-
gitur ⁊ act.ex testamento restituere.vt.s.de fideicōmis.heredita-
tis petitione.l.ij.⁊ ibi no.⁊.j.eodem.l.cogi.in prin.⁊.l.non est co-
gendum.in fine vlti.glo.⁊ de iudi.l.sed ⁊ si restituatur.in prin.⁊
facit.j.eodem.l.a quo ille.§.tempestiuum.de annuis legatis.l.
quintus.⁊ quod ibi not.⁊.j.eodem.l.recusare.§.hoc senatuscon-
sultum.Dyn.posset etiam dici ꝙ actione in factum subsidiaria
compellatur.vt.C.de sa.san.ec.l.sancimus.⁊.C.de prescrip.ver.
l.quoties.ibi adire heredita.ex trebelliano ad hūc casum exten-
so.Iacob.ibi quod si fuerit factum.i.si heres compulsus fuerit
adire ⁊ restituere hereditatem.Dy.ibi alieno periculo.i.pericu-
lo fideicōmissarij.Dy.ibi oi cōmodo arcebitur.i.priuabit.Dy-
nus.Sed an pdet debitū bonorū subsidiū.ar.ꝙ nō.in auth.de he-
redi.⁊ fal.§.si quis autem.Et quia in eo dicitur creditor.vt.j.de
dona.l.si patronus.⁊.C.de fideicō.auth.hoc amplius.que sumit

ex dicto.§.si quis autē.ar.contra.ī.l.ita tamen.§.si patronus.⁊
de fideicom.liberta.l.ita ergo.§.eadem.Iaco.ibi nec interest sol-
uendo.s.vt per hoc compellatur heres suo periculo petere adi-
re quod verum est etiam si hereditas sit soluendo.Iaco.ibi inspi
citur ad excusandum heredem a periculo.Iaco.ibi prescribi.id
est opponi.Dy.ibi cur nolit.s.adire hereditatem.Dy.ibi cumu-
lum.i.magnam summam vel quantitatem.Dy.ibi his puta ve-
nientibus ab intestato vel substituto expressim tamen vel tacite
ab onere restitutionis exemptis alijs in eorum persona intelli-
gitur fideicommissum tacite repetitum.vt.C.eo.l.non iustam.⁊
2 ar.s.de leg.j.l.licet imperator.Oldr.Collige ex.l.† ꝙ sufficit pro
ratione voluntas.⁊ ad hoc sepe allegatur.Item ad aliud quod
3 dicitur quod varie sunt hominum voluntates.Ad quod concor.
quod dicitur ꝙ diuersitas corporum sepe diuersitatem sequitur
annorum.extra de conces.preben.c.quia diuersitas.⁊ alibi dici-
tur diuersi diuersa faciunt extra de regu.⁊ transeū.ad relig.c.cō-
sulti.Et quot capita tot sententie.de conse.dist.iiij.c.sicut in sa-
cramentis.⁊ de hoc not.extra de rescrip.c.super literis.in prima
glossa.Deinde nota ꝙ do.Lambertinus rampon⁹ adducebat
hanc.l.in argu.ad questionē talem.duo contraxerunt societatez
quorum vnus volebat proficisci ad aliquas partes cum merci-
bus:alter resistebat dubitās de periculo q: forte iter erat suspe-
ctum propter derobatores vel aliam causam.dixit volens profi
cisci:ego volo ire meo periculo.⁊ assumpto in se periculo volun-
tate socij profectus est ⁊ multa lucratus est:mō socius vult par-
tem lucri:queritur nunquid debeat habere.⁊ dixit do.Lamber-
tinus quod non per hanc.l.Item facit illa litera quia varie sunt
hominum voluntates quod si quis constituit duos procurato-
res ⁊ sibi adinuicem contradicant quod se inuicem impediant ⁊
4 sibi imputet qui tales eligit.†Item allegatur quod in nuncia-
tione noui operis nō requiratur expressio cause.de quo satis no-
taui ⁊ dixi.s.de ope.noui nun.l.j.in princ.Item facit hec.l.pro
allegante iustam causam futuri periculi.Et ad hoc.C.de his qui
ad eccle.confu.l.denunciamus.Dy.Ratio autem quare hic cau
sam non cogitur assignare est quia cuilibet licitum ⁊ liberum est
etiam lucrosam hereditatem omittere.vt.s.si quis omissa causa
testamē.l.si quis omissa.⁊ neminem grauat repudiando:⁊ ideo
dato quod fiat etiam nulla causa subsistente valet:⁊ ideo etiam
fideicommissario instante non cogitur adire suo heredis pericu-
lo:sed periculo fideicommissarij sic:quia sibi non nocet sic ⁊ iudi-
cium cogitur suscipere quis inuitus:vt.s.de periculo.l.summa.
in fi.Qui ergo dicit quod non vult suscipere dicere debet causam
quare non:⁊ si dicat quia suspectus est iudex inseret.C.de iudi.l.
apertissimi.vt de hoc plene dixi.quare originalis cā dicenda sit
vide.ī.de excep.rei iudi.l.si mater.§.eandem.Ia.

1 ☞Sententia interlocutoria ferri potest partibus absentibus.
2 Fieri potest aliquid ad detegendum ea que iam de iure sunt su-
specta.
3 Fiscus ad quē peruenit hereditas necem defuncti vendicare non
tenetur.
4 Rogatus restituere sub conditione ante conditionem non cogi-
tur restituere.

a ¶Recusare. a Adde tex.i.l. fi.cū seruū.§. fi.de fideicō. lib.⁊ in.l.cum vero.§.subuē tū.eodē titu.

Recusare.[a] De materia superiori dicit qui
possunt recusare ⁊ aduersus qs
postulatur decreti interpositio.Dy.ibi decretum per
quod compellatur heres adire ⁊ restituere heredita-
tem.Dy.ibi ad quod.id est vt tertia ratio inducatur.Dy.Et al
1 legatur hec lex†quod interlocutoria ferri possit absentibus par-
tibus.⁊ de hoc hic in glo.⁊ pro hoc.ī.eodem.l.ille a quo.ibi iam
igitur non desideratur consulis ⁊ legati.l.nec quicꝗ.§.vbi de-
cretum.de regulis iuris.l.posses.l.iij.§.si causa cognita certa.hoc
dicit.Aut interlocutoria ledit absentem ⁊ exigit cause cognitio-
nez.⁊ tunc non potest ferri absente parte.⁊ ita intelligatur dicta.
l.a procedente.⁊.§.si causa cognita.cum si.aut non ledit ⁊ tūc ha
beat locum quod dictum est.⁊ ita voluit sentire glo.que est.s.de
arbi.l.sed interpellatur.§.j.Et de hoc etiam not.extra de procu.c.
auditis.⁊ dixi.ī.de re iudi.l.quod iussit.ver.itē queritur an inter-
locutoria possit ferri.

Meminisse.Dicit qui teneantur restituere ⁊ qua-
liter.Dy.ibi de herede instituto ⁊ de re
stituendo rogato.Dyn.ibi sed ⁊ ad filium heredem institutum
vel ab intestato succedentem ⁊ de restituendo rogatum subaudi
pertinet senatusconsultum.Dyn.ibi immiscere que immistio so-
lius facti est quo ad istos necessarios qui sunt heredes velint no-
2 lint.Et sic nota†aliquid de facto fieri ad detectionem eoruz que
iam de iure suspecta sunt.Oldra.licet ista litera multum faciat
in contrarium dum dicit quod compelluntur a pretore immisce-
re.verbum enim immiscere est suorum ⁊ qui habent beneficium
abstinendi:vt instit.de here.quali.⁊ differen.§.in extraneis.sed
dic vt dixi immiscere ⁊ restituere.scilicet de facto al's esset contra
omnia iura de necessarijs heredibus loquētia.si fisco.Casus iste
3 secundum intellectum glo.non est alibi.†Et no.ꝙ fiscus ad quē
peruenit hereditas non tenetur vindicare necem defuncti quod
est notandum.⁊ dicit Raynal.ꝙ quidam in priuata estimatio-
ne contrarium respondit ⁊ male.pro opi.scholaris faciebat.s.
ad sille.l.si sequens gradus.sed dic vt ibi dixi:ibi quod si fecerit
immiscuerint ⁊ restituerint.Dy.in ver.item si municeps.accipe
heredes instituti quod est.ī.subaudi ⁊ de restituendo grauati.
Dyn.In glossa sic econtra:ibi.§.deinde.vbi colligitur consen-
sus.⁊ pro hoc.s.de legibus.l.j.C.de legibus.l.humanum.⁊.C.
de episco.⁊ cleri.quum venerabilis.in fine.pro hoc infra ad mu-
nicipales.l.municipes.⁊.C.de aduocatis diuersorum iudicum.l.
laudabile.al's restituende.sed prima videtur vera.ar.C.de iure
delibe.l.potuit.sed bonorum posses.peti potest per eorum recto-
res:vt.ī.de bono.pos.l.iij.§.an municipibus.sicut ⁊ per tutorem.
vt eo.titu.l.tutor.Iaco.

Titius heres.Et directe ibi substituto vulgari-
ter.Dy.hic recurrit ad extraordi
narium plenius subuenitur.de qua materia plene solet notari ⁊
dixi.ī.de ope.noui nun.l.in prouinciali.vel hic extraordinarium
erat de iure communi ibi de iure speciali.argu.eius quod no.s.
de rei ven.l.j.§.per hanc.ibi quam ex substitutione vulgari.Dy.
ibi.nam ⁊ si legitimus.i.testator ⁊ ab intestato successurus.Dy.
In glo.contra videbatur.in fi.sicut in simili.s.de arbi.l.sed ⁊ si
in seruum.⁊ de tute.l.qui habet.Ia.

Si quis alio loco.Ibi similiꝗ ei in duob⁹
q: vterqꝫ habet dilatio-
nem vnus expresse alter tacite a lege.Item quia ante diem pos-
4 sunt adire non tamen coguntur.Dy.†Non autem est similis ei
qui sub conditione rogatus est cui ante conditionem non sit pre-
ceptum restitutionis.Ia.vt.ī.eo.l.sed si a filio.§.fi.In gloss.s.di-
cit iulianus.vt.ī.l.sed si ante.sed certe imo ⁊ ante diem restituet
vt.s.eo.l.j.§.sed ⁊ quoties.⁊ in hoc potest similitudo vt quilibet
ante diem restituat incontinenti cum non sit sine damno aduo-
cari negotijs.argu.s.quēadmodū testamenta aperiantur.l.si qs
ex signatoribus.sed si hoc non alleget tunc si nō sit ei difficile re-
stituet loco destinatis dato sibi indicijs.Ia.ibi.pares sunt quia
sicut in primo casu datur tēpus quo ad locum possit ire ita ⁊ hic:
⁊ sicut posset restituere anteꝗ perueniat ad locum ita ⁊ hic pos-
set ante diē.Nec obstat.l.sed si ante.quia ibi loquitur de die in-
certa.Dy.in fi.⁊ in.l.sed si alio.est speciale propter absentiam rei
publice.Dy.ibi.vel dic hoc placet.Dy.

1 ☞Dispendium ⁊ salutis detrimentum non debet pati pro alie-
no commodo.
3 †Nepos preteritus aufert partem filio in potestate z aliũ emãcipato.eadem.l.§.filio. Pater exheredatus excluditur per nepotes quia habetur pro mortuo.eadem.l.§.si pater emãcipatus. quod qualiter intelligatur ibi plene z.§.sequẽti. Liberi qui parentibus debent esse in potestate.eadem.l.§.liberos.z vocantur gradatim non omnes simul.vt eadẽ.l.§.liberos autem. Nepos postliminio reuersus iũgitur patri.eadẽ.l.§.si postliminio. Nepos adoptatus in locum filij sicut filius succedit z omnibꝰ cõfert.eadem.l.§.si pater ex duobꝰ. Etiam si modica portio ad nepotem pertineat locꝰ est huic edicto.eadem.l.§.illud. Et an de modicis sit curandũ. Quomodo diuidatur hereditas inter patrem z liberos.ea.l.§.inter ipsum. Portio nepotuz vacans cui
4 adcrescit.ea.l.§.si quis ex nepotibus. †Emancipatus filius confert fratribꝰ suis si nepotes in potestate nõ sunt alias solis nepotibꝰ cõfert.eadem.l.§.emancipatus.quantum autem z quomodo cõferat filius nepotibus ex se natis eadem.l.§.nũc videmus. Et modus per quẽ quis potest relinquere filio spurio de bonis suis. De collatione fiẽda per emancipatum filijs z nepotibus in potestate existentibus.eadem.l.§.si filius in potestate. Qui eadem conditione succedunt debent succedere cum eodẽ onere.infra.eodem.l.nihil. Si duo sunt filij emancipati ex vno duo nepotes vnꝰ in potestate alter emãcipatus z ambo nepotes instituti patre exheredato z patruo ꝑterito vel patre vel patruo preteritis qualiter succedãt. infra eodẽ.l.qui duos. Si ex emancipato filio nepotes sint in potestate retẽti z postea alij suscepti mortuo patre simul omnes admittuntur z teneẽ auus cõferre bona nepotum in potestate retentorum vel eos emancipare.infra eodẽ.l.emancipato. Nepos exheredatus succedens instituto per alium non iungiẽ patri suo.sed sicut extraneus reputatur vt.infra eodem.l.si nepos. Extraneꝰ in locum nepotis velut ex filio adoptatus non iungitur ipsi filio quia nõ est ex liberis eius.infra eodem.l.si quis filium. Per constitutionem diui Pij cõseruatur portio nepoti nato post emancipationẽ qui alias excludebatur z quãta portio vtrum virilis vel alia.infra eodem.l.si post emancipationem.

1 ℭ Emancipationis differentia patre intestato decedente est hodie sublata.
2 Filiꝰ institutus ad cõtratabulas vocaẽ alio edictũ cõmittente.
3 Exheredatis nõ datur contratabulas nec committitur edictũ.
4 Exheredatus quo ad quid pro mortuo sit habendus.
5 Ius agendi etiam pro re minima competit.
6 Nepotes plures in collatione loco vnius habentur.
7 Collatio qualiter fiat inter filios z nepotes.

SI quis ex his. Dic si quis scilicet filius emancipatus. Dy. Ibi bonorum possessio contra tabulas vel vnde liberi. Dyn. Ibi non fuerit quia erat emancipatus Dy. Ibi in eiusdem familia.id est potestate. Dyn. Ibi ad eos scilicet liberos. Dyn. Ibi pertinebit.id est per se vocentur z directe non per mediam personam. Dyn. Ibi ad eum emancipatum. Dynus. Ibi habent scilicet filius emancipatus. Dyn. ibi liberi eius.id est nepotes in potestate retenti. Dyn. Ibi hisqꝫ scilicet nepotibus ex se natis non autem patruis nepotum.dy. in glossa prima ibi est emancipatus vel aliter de medio sublatꝰ vocatur.dy.ibi.§.sui.z.§.liberos.alias filius prefertur vt supra de cõtratabulas.l.filius.dy.ibi. intestatus decessit vt hic.z tunc per vnde

per vnde liberi. vt infra eodem. l. emancipato. Dynus ibi. §. exheredati. Oldradus. hoc vt nota. infra eodem. l. si pater emancipatꝰ. Qr verū est ꝙ nō iungit̃ ante q̄relā platā ꝛ testamētū rescissū post sic. Dy. ibi de hereditatibus ab itestato. §. p̄mo. imo dic ꝙ iste titulꝰ nō est correctꝰ vt plenissime dixi supra eodē supra rubrica. Pone filiū emācipatū p̄teritū nepotem institutū non potest venire filiꝰ nisi p cōtra tabulas. ꝛ hoc casu illa bonorum possessio hodie necessaria est sicut olim vt notat̃. C. vñ liberi. l.
1 vltima. † Nec obstat ꝙ sublata est differentia emācipationis qr verum est patre intestato decedente vt nota. in auten. ex causa. secus ex testamento quo casu necessarium est hoc edictum hodie sicut olim. Oldra. In glossa. occasione predicte concordie. in fine. sed quod hic de collatione dicitur tenet Dynus ꝙ hodie sit correctum vt ipse no. s. de colla. bonoꝝ. l. pretoꝛ. §. finali. Ray. ꝛ not. C. de colla. l. illā.

Hoc edictum. Ibi solus veniat in suspecto iure pretorio q̄d filium emācipatū tanꝙ proximioꝛez in gradu vocat. Dyn. ibi patri suo q̄d est de iure ciuili per. l. xij. tabu. Dyn. et. §. iste loquitur in successione secus in successione liberti. vt. s. de bonis. liberti. l. j. in fine. licet Azo ibi teneat contrarium et male vt ibi dicam.

Et in adoptionem. Datus filius qui nepos fuit in potestate retētus. dy. ibi heres institutus. s. ille filius ideꝙ pater nepotis
2 Ibi siue † institutus alio cōmittente edictuz quia vtroqꝫ casu vocat̃ ad contra ta. dy. ibi in adoptionez dat̃ scz pater ex quo similiter filius erat in potestate retentus. Dyn. ibi iungitur nepos ex eo natus in potestate retentus. Dy. ibi edictum qr hoc casu tantū fm ista iura vocatur ad contra ta. vt. s. de contra ta. l. nō putauit. §. in adoptionem. Dy. ibi emancipato aūt. repete iungitur. Jacob. ibi preteritus sit ꝛ alio cōmittente edictum qr vtroqꝫ casu vocat̃ ad cōtra tabu. dyn. In glo. hodie nō iūgit̃ in fi. ꝛ forte hoc casu necessariū est hodie hoc edictū. Ja.

Filio. Ibi ex besse. i. octo vnciis. dy. ibi er triente et quatuor vnciis. dy. ibi p̄teritū nepotē ex filio emācipato natū ꝛ i p̄tāte aui retētū. dy. ibi sextantē. i. duas vncias. dy.

Si pater emancipatus. Ibi admittūtur ad contra ta. soli. ꝛ insolidum ita ꝙ pater eorum exheredatus non ad
3 mittitur. † nam exheredatis nec contra tab. datur nec edictum cōmittit̃. vt. s. d. ꝯ tab. l. si post mortē. §. exheredati. Ol. ꝛ Ray. ibi iungantur nepotes in potestate nepoti petendo cōtra tab. vna cum eo. Dynus. ibi instituto eo scz patre suo. Dyn. Et sic per institutionem a contra ta. excluso ibi vel exheredato et sic per exheredationē a contra ta. excluso. Dyn. Ibi pater emancipatus. Dynus. ibi nepotes admitti excluso patre eorum qui est exheredatus. Dy. ibi pro mortuo habetur no. exheredatuz haberi pro mortuo pro hoc in auf. de heredi. et falci. §. exheredatos. quod est verum vbi obtentu acquisitionis exheredatione figurate erat aliis preferendus vel cum alio concursurus vt hic et institu. de successione liberoꝝ. §. si vero. alias sed si testamētum. ꝛ in auf. de nuptiis. §. soluto. secus vbi de sua adquisitione nō tractatur. vt supra de lega. j. l. filius. §. cum erit. Jaco. ibi obtinet hoc vbi ex diuersis vocantur capitibus et paritas ē in gradu vt quia quis primus in capite vnde liberi vt dicto. §. si vero testamentum. ꝛ supra de inofficioso testamēto. l. si proponas. §. j. ꝛ. l. si is. vel si vocantur ex eodem capite iuris potestate pro paribus habentur vel sunt pares vt hic alias secus vt supra de iniusto testamento. l. si quis filium. Uel dic in his vltimis legibus non admitti iure ciuili sed iure pretorio scilicet agnita bonoꝝ possessione gratia litis agnoscende sicut cōiunctum caput secunduz hec iura aliis preferetur vt infra de successorio edicto. l. j. §. sed videndum. si ergo neglectis his qui ex eodem capite vocantur licet in posterioꝛes in gradu transiretur in aliud caput, fieret quedam prepossteratio quod esse non debet vel per contra ta. succedet vt supra de inofficioso testamēto l. pater. cuz non sit exheredatus nec ad querelam iure ciuili admissus vt ibi nota. sed hoc tollitur alias intelligitur. vt infra. §. proximo. Jaco. In gloss. ad contra ta. ibi sed potes dicere hec vera. Ray. Ibi prolata querela. i. rescisso testamento per querelam. Et est ratio quia tūc est submota exheredationis nota vt notatur per Dynum infra eodem. l. si nepos. Ray. In glo. scz rite ibi facta inualida per repudiationem heredis scripti. Dy. ibi sed fallit quod hic dicitur in litera ꝙ exheredatus habetur pro mortuo. Dyn. ibi hoc casu quando exheredatio est facta inualida. dynus. in eadem gloss. in fi. et iste. §. in hoc differt ab illa. l. qr ibi vnus nepotū erat i potestate alter nō hic oēs in potestate. Preterea ibi nepotes erant instituti hic preteriti. Ray.

4 **Si pater in potestate.** Ibi vel exheredatus. † sed non ne exheredatus habet̃ pro mortuo vt supra. §. proximo. Respondeo illud quod ad denegandā contra ta. bonorum possessionem. Jacob. immo dicit ꝙ ibi ratio habet̃ pro mortuo quia impossibile est reduci ad concursum successionis cum fratre suo eodemque nepotū patruo. per contra ta. enim secum nō potest concurrere quia denegat exheredato vt supra de contra tab. l. si post mortē. §. exheredati. ab intestato etiā reducta ad causaz intestati per querelam prolatam non cōmittitur cum fratre ab intestato de iure ciuili similiter non concurrit cum eo: quia ius ciuile non cognoscit emācipatos vt institu. de exheredatione liberoꝝ. §. emancipatos. Oldra. ibi nepotem preteritum. Dyn. ibi concedendum est scilicet vt admittatur cum patre suo. Old. ibi patre emancipato dicit. Jo. etiam exheredato. tu dic vt in §. precedenti. ibi liberos igitur id est nepotes vel similes. Dyn. ibi esse opoꝛtet subaudi ꝛ matrē emancipatam. Jaco. Ibi natus sit post mortem aui. Dyn. ibi. conceptus ꝛ sic erat futurus in potestate aui si viueret vt insti. quib. mo. ius patro. po. sol. §. penul. dy. ibi dicendum scz ꝙ admittatur cum patre suo emancipato. Oldra. in glo. sed quā partem in fine. quia virilem q̄d dic vt no. infra eo. l. si. ꝛ ibi per Dy.

Liberos aūt. Ibi qui sunt. i. qui erunt in potestate ꝛ a nemine preceduntur. Dy. ibi inferioris nisi inferior precedentis locum obtineat. ꝛ hoc subiicit plane ꝛc. Oldra. ibi miscebimus id est simul vocabimus ad mittendo simul nepotes ꝛ pronepotes cum patre emancipato sed prior in gradu alios debet excludere. Jacobꝰ. Ibi nepos in potestate. Jacob. Ibi ex nepote filio emancipato vel premortuo. Jaco. ibi pronepos in potestate. Jaco. in glo. infra eadem l. §. eueniet. in fine. ꝛ. l. si libertus. §. j. Oldradus. Solu. vt dicta. l. tutela. §. proinde si alter. quia ibi in heredibus ingeniorum. Jaco. de bel.

Si postliminio. Ibi reddiderit qui tempore quo capiebatur erat in potestate aui vt aliqua sit dubitatio. dyn. ibi iungi in successiōe aui dudum defuncti fictione postliminii fingente eum omni tēpore in ciuitate fuisse vt. s. de contra ta. l. j. §. si ex tribus. ꝛ de capti. ꝛ postli. reuer. l. retro. Oldra.

Si pater [a] ex duobus. Ibi emancipauerit subaudi ꝛ nepotem ex eo in potestate retinuit vt infra patet in litera. Oldr. ꝛ concor. de verbo ad verbum. supra de contra ta. l. cum emācipatis. ꝛ de colla. l. pretor. in fine. ibi nepotem post emancipationem conceptum natum. dyn. ibi partiantur scz alteram tertiā. dyn. ibi adoptatus ab auo. Dyn. ibi ab extraneo sed nunquid iste emancipatus conferret cum istis ambobus an isti soli filio suo dubito sed certe omnibus confertur cum oibus fiat preiudicium. arg. infra eo. l. cum emancipatus. Dy.

[a] Si pater. adde ad hūc §. Bar. i. l. cū emācipatꝰ. §. fi. s. de cōtra ta.

5 **Illud.** † Pro re minima competit ius agēdi. h. d. in fin. vt ad illam modicā debeat vocari cum patre suo emancipato. dynus. Et nota quod dixi in summario ꝙ idem iuris est in re parua sicut in magna de quo dic vt plene nota. p dynum infra de damno infecto. l. si proprietarius. ꝛ hoc supra si cui plus q̄ per legem falcidiam. l. j. §. cum dicitur. ꝛ vt in possessionem legato. l. q̄uis minima. ꝛ est argu. quod sacerdos ita debeat partiri cum clerico modicam prebendam ꝛ oblationez sicut ꝛ magnam: ꝛ pro hoc extra de clerico egrotante. c. j. argu. contra supra pro socio. l. si societatis. Jacob. in glo. quo ad hoc edictum in fi. So. vt ibi ꝛ dicta. l. si proprietarius. vel hic de fauore ibi de odio. Jaco. de bel.

Inter ipsum. Filium emancipatum. dyn. Ibi liberos eius in potestate aui retentos. dynus. ibi vt ipse filius. dynus. ibi nepotes ex quo nati et in potestate retenti. dynus. ibi proinde hic incipit ponere tria exempla. Ibi ferant. id est quilibet nepotum quartam. dyn. ibi sed si sit. in libro Dyni erat sed ꝛ si. orandus. Ibi singuli nepotes in potestate aui existentes. dynus. ibi cum nepotibus suis id est ex se natis. dynus. ibi ipsi quidem filii emancipati. dynus ibi ꝛ si alter tres in aui potestate constitutos. Dynus. ibi quadrans qui contingit nepotibus. dynus. Ibi omiserit id est repudiauerit. Dy. ibi pertineat quia secum concurrebat in vnaz partem. dy. ibi patruo quia non concurrebat cum eis in eadez parte. dy. ibi ꝙ si pater qui domini non solum nepotes. dyn. ibi omiserit post repudiationem nepotum. Dy.

Emancipatus. Ibi sed si sint nepotes ex filio emācipato nati ad successionē venientes. dy. subaudi eis tantum confertur voluit enī ꝛc. ibi illis solis nepotibus ex eo natis. Dyn.

Nunc videamus. Ibi quantum eis nepotibus ex se natis. Dynus.

ibi virilē detrahat.id est pro numero personarum.Dynus.ibi conferat alia dimidia sibi retenta.Dynus.ibi conferre debere hic continua ꝛ lege versiculū.eueniet.igitur omisso versiculo nā ꝛ si alius quē postea resumas:quia sic legendo melius cōtinuatur litera ibi nam ꝛ si alius.Expone naꝫ ꝛ si pro etiā ꝙ deinde non tantū emancipatus qui habet filios in potestate relictos ꝛ
6 inducit arg.ad probandum†plures nepotes in collatione recipiendo loco vnius ꝛ non plurium.ad hoc etiā potest trahi sequens versi.euenit igitur ꝛc.Iaco.ꝛ dic ꝙ duo erant filij emancipati ꝛ vnus in potestate retentus:emancipatus non habens nepotes volens succedere conferrent fratri suo in potestate existenti vnam tertiam aliam nepotibus ex altero fratre tertiam sibi retinebit nec nepotes suam tertiam eis collatam communicabunt cum eorum patre quia non de bonis ꝛc.ꝛ hoc dicit iste versiculus.Oldr.ibi hoc enim scꝫ quod confertur eis a patruo eorum emācipato.Dy.ibi accessit scꝫ post mortē aui ꝛ sic non obstat.l.filie dotem.C.de collationibus.ꝛ bene facit litera ista ꝛ.l.eo tempore in fine.de peculio.cum similibus.ꝙ possit modus reperiri ꝙ pater possit relinquere filio naturali de bonis suis quantum vult instituendo scilicet aliquem sibi heredem ꝛ eū rogando qꝺ de bonis proprijs ipsius institui teneatur dare filio tantum.nam istud dicitur habere non de bonis patris sed propter bona vt hic dicitur:de hoc notaui supra de vulgari et pupillari substitu.l.is qui.C.de naturalibus liberis.l.humanitatis.ꝛ infra de donatio.causa mortis.l.ꝙ conditionis.ibi euenit.rationem reddit ad versicu.vtrum vt exemplificet illum et ideo isteversi.debet legi ꝛ continuari cum illo vt ibi dixi.Et dic eueniet igitur quia tātum habere debet filius emancipatus de bonis que confert quantum habet de hereditate.Dy.Ibivnū nepotem scilicet tantum.Dy.Ibi ꝛ duos pronepotes ex alio nepote premortuo.Dy.ibi ita diuidant id est nepotes ꝛ pronepotes ex nepote premortuo.Dy.ibi ex alio vno nepote premortuo.Dy.In glo.probat a simili qꝺ non virilem sed dimidiam detrahat.Dy.In glo.non dico ibi illis enim non confert:scilicet iste filius emancipatus.Dy.ibi nec eorum auo extantibus nepotibus ex se natis quia tunc illis solis conferret.ibi sicut eorum auus at hic isti pronepotes habent solum dimidiamdimidie ꝛ sic quartam.Dy.Et secundū hoc dic habeat emancipatus qui cum suis descendentibus relictum in potestate morientis succedere vult non autem dicit habeat defunctus.

Si filius. Scilicet vnꝰ diuide in duas partes in prima tractat quantum patruus vel patruus magnus debeat conferre nepotibus:in secunda econtra:secunda ibi,sed ꝛ si nepos.ꝛ dic sic casum:habeo tres filios duos in potestate vnum emancipatum ex vno ex filijs existentibꝰ in potestate ꝛ premortuo statim post me auum supersuntduo nepotes vnꝰ in potestate:alius emancipatꝰ.me auo mortuo vult
7 filius emancipatus succedere†Et queritur qualiter habet conferre certe cōfert vnā tertiā bonorum suorum fratri existenti in potestate,aliam tertiā nepotibus ex fratre premortuo:quorum vnus est emancipatus vt predixi.tertiā sibi retinebit ꝛ sic quantum ad collatiōem suscipiendam a patruo sunt equales isti nepotes qui viuente eorum patre ab omnibus auitis excluderentur omnino per patrē qui eos precederet.hoc dicit.Et pone in terminis quod erat auus ꝛ filius in potestate nomine primꝰ viuit ꝛ filius emancipatus ꝛ viuit ꝛ ex eo nullus ꝛ vocatur secundus.Item alius filius defunctus in potestate nomine tertiꝰ ex hoc tertio duo nepotes viuunt,scilicet titius.ꝛ hic est in potestate aui ꝛ alius sempronius qui est emācipatus.Queritur cui conferatur ꝛ quantū per secundū ꝛ respondetur quod conferē primo ex nepotibus natisex tertio:non obstante quod alter eorum erat emancipatus.Oldr.Et sic apparet quod iste patruꝰ confert istis nepotibus ex persona patris eorum qui erat in potestate aui,cui si viueret conferre teneretur:sed contra istum casum est.C.de coll.l.si emācipati.primo responso. Soluunt quidam qꝺ verum est qꝺ emancipato non confertur ab eo de cuiꝰ bonis agitur:sed ab alio.ibi alius nepos.hanc dictionē nepos non habuit glos.ꝛ ideo subaudi sed cōmuniter habetur.Dy.ibi an patruus.Iaco.de are.nō habebat in textu an,sed subaudit.ibi quartā nepotibus natis ex filio qui fuerat in potestate Dy.ibi partes facere de bonis suis que conferenda sunt.Dy.ibi vnam istis:scilꝫ nepotibus natis ex premortuo filio in potestate patris existēte.Dy.ibi quāuis minus.id est nihil ibi concurrente patre.id est si pater concurreret qui erat in potestate.Dy.ibi sed ꝛ si sint eodem themate repetitio muta ꝛ dic casum qꝺ nepotesnati ex premortuo filio ambo erant emancipati sed eorum erat ꝑnepos in potestate.vnde hic habebat duos filios vnum emancipatum ꝛ alium in potestate existente in potestate duos nepotes emancipatos,et ex vno de nepotibus vnum pronepotem in potestate me auo mortuo statim moritur filius in potestate existēs alius filius emācipatus vult mihi succedere.Queritur an debeat mihi conferre.ꝛ qualiter illud qꝺ confert diuidatꝛ.ꝛ rñdetꝛ qꝺ partē quā ꝯferret fratri suo si viueret cōferre debet nepotibus ex eo natis quāuis emancipatus ꝛ hoc ex persona patris eorū qui ad eos transmisit tale ius collationis petende.illud autem quod per istum sic cōfertur diuiditur hoc modo:quia nepos nō habens filiū habebit medietatē eius qꝺ collatum est:aliam dimidiā habebit alter nepos diuidendam cū pronepote ex se nato qui in potestate aui quantum ad nepotem ꝛ proaui quantum ad pronepotem remāserat et hoc dicit Oldra.Et dic ꝯm Iaco.de are.non tantum filius emancipatus testatoris de quo premisit:sed etiā duo nepotes ex filio mortuo.Iaco.ibi pronepos nepotem emancipatorum.Dy.ibi partem:scilicet dimidiaꝫ.Dy.si ponas hos duos superesse vel quartam si ponas eoruꝫ partem testatoris filium superesse.Uel plane vnam siue dimidiam eius qꝺ patri cōmuni deberetur si viueret.Iaco.ibi habebit ꝛ bonorum de quorū successione tractatur ꝛ bonorum coferendorū.Dyn.ibi nepos vnꝰ:scꝫ emancipatus.Dy.ibi aliam dimidiā.Dy.ibi cum alio suo:id est cum filio ex se nato qui est pronepos ad eum de cuius successione tractatꝛ.Dyn.ibi sed si nepos ex secūdo filio.Dy.Et dic ꝙ nō solum defuncti filius sit:sed ꝛ nepos.Iacob.Et dic qꝺ erat auus ꝛ filius primus filius secūdus duo nepotes titius emancipatus.id est pro auo.Et semproniusin potestate re tenꝰ mortuo cespite.queritur de collatione pronepotis emancipati.scilicet titij videlicet cui conferat ꝛ respondetur quod confert fratri suo sempronio si ille non superest confert patruo suo.tertio non auteꝫ patruo maiori:id est primo qui fuit frater aui.Old.Ibi ex alio nepote fratre superstitis:ꝛ nato eodeꝫ filio.Oldra.ibi emancipatꝰ:scilicet sit.Oldra.Ibi soli fratri suo.id est pronepoti in potestate proaui constituto.Oldra.ibi soli patruo maior:scilicet fratri aui qui est filius testatoris.Oldra.et Ia.in gloss.quodam tertio.in fine.Et dic quod defunctus fuit statim post annum et sic erat sibi iam quesitum ius collationis petende ꝛ ideo in eius persona petunt nepotes.vt in gloss.magna:Oldra.in gloss.nepotibus quorum ibi respondeo ex persona sui patris hanc Dynus.ꝛ Oldra.In gloss.scilicet pronepote.in fine.Et secundum hoc dic quod habebam vnum filium emancipatum et duos nepotes emācipatos ex altero filio premortuo ꝛ ex vno eorum ponepotē in potestate:ꝛ sꝫ hoc hic loquitur de parte bonorum collatorum.sed planius est si dicas qꝺ loquitur de parte bonorum aui ponendo duos esse nepotes emancipatos natos ex filio premortuo ꝛ ex vno eoruꝫ ꝑnepote in potestate.Dy.

Nihil. Qui eadem conditione succedūt cum eodem onere.ibi exceptis personis:scilicet liberis ꝛ parentibus.Dyn.Et vxori ꝛ nurui relictum pro dote.vt.s.de legatis prestādis.l.prima.Ibi patrem preteritum succedentem per contratabulas.Dy.in fin.nepos in potestate ꝛ pater eius emancipatus venientes ꝑ contra tabu.ad successionem.

Sed duos. Duo filij ambo emancipati ex vno duo nepotes vnus in potestate:alter emancipatus:ꝛ in primo casu ambo nepotes instituti patre exheredato ꝛ patruo preterito in secundo ambo nepotes instituti patre ꝛ patruo preteritis.Oldra.ibi nepotem ex eo filio emancipato.Oldrad.ibi sustulit id est post emancipationem vnum filium procreauit.Oldrad.ibi frater eius:scilicet filij exheredati ꝛ emancipati.Oldrad.ibi ꝛ ipse emancipatus:scilicet postea.Oldra.ibi quid de bonoruꝫ possessione:scilicet contratabulas.hoc est cui detur.Oldra.ibi ex eo nepote in potestate.Dynus.ibi procreauerit filium post emancipationem.Dy.ibi vterqꝫ nepos tam ille qui erat in potestate quā alter.Dy.ibi petere poterit vna cū nepote in potestate constituto.vt.ī.dicetur.Oldra.ibi exheredatus enim subaudi:licet non admittatur ad contrata.Dyn.ibi dari debet ex cōmissione edicti facta per patruum.Oldr.Et erit cōmunicanda patri propter id caput ꝛc.Et hec fuit noua clausula a Iul.inducta:scilicet qꝺ nepos cōmunicaret filio exheredato ꝛ ideo illum textum propter id caput ꝛc.hic legas ꝯm expositionem Azo.Oldr.ibi quoniā non colligitur determinatio questionis secunde quando erant ambo preteriti.Oldra.ibi accipe posset nepos in potestate retentus.ꝛ probatur hec ratio.s.eodem.l.j.§.sed si pater.Oldra.ibi id est ex noua clausula ex isto edicto de coniungendis.Dynꝰ.ibi deterioris esse conditionis nepos iste in potestate retentus.Oldra.ibi exheredatus sit subaudi quaꝫ esse eo casu quo esset preteritus.Oldra.ibi idqꝫ ei:scilicet nepoti id quod admittatur ipse nepos in potestate retentus ad contratabu.vna cum patre preterito vel etiā solus si pater erat exheredatus.Dy.vel dic qꝺ iungatꝛ patri suo vel ei detꝛ cōtrata.

suo iure:

suo iure:sicut.s.ex edicto cōmisso per patruū.Oldr.ibi natus z conceptus.Dy.ibi diuersa conditio est qd non vocatur ad contrata.vt dictū est.Old.sc3 suo iure nec ex alterius cōmissione edicti patre ei obstante.vt.s.in primo casu.Oldr.ibi z illi sc3 nepoti post emancipationem procreato.Dy.ibi ad virilem.i.vsq3 ad virilem partem.Dy.ibi hereditas:sc3 aui z hoc credo esse ex beneficio edicti de legatis prestandis.l.filium.§.sed si portio.z.j.eo.l.vlti.Oldr.in fi.cui conseruat' virilis z tū non est de personis que vocant' ad contrata.vt.s.de legatis prestandis.l.filiū.in fi.Dy.in glo.vlti.in fi.z est difficile ɔ̄trium.sed sol.vt ibi.

Emancipato. Ibi susceptis postea: id est post emancipationem conceptis.Dy.ibi bonorum possessio.contratabu.qn̄ pater decedit testatus filijs preteritis vel aliquo eorū vel vnde liberi qn̄ decedit pater intestat⁹.Dy.ibi accipere in bonis patris eorū.Old.per nepotes acquiri.s.hereditatē patris eorū.Oldr.ibi conferat nepotibus natis post emancipationē z sic existentibus in potestate filij emācipati de cuius hereditate agitur.Dy.ibi aut:scilicet si nolit conferre.Oldra.

Si nepos. Ibi ei⁹ nepotis exheredati.Old.ibi suo noie:sc3 p mediā psonam scripto ab auo.Dy.in fi.ibi extiterit.sed an plata qre la iungit' pater.Itē ecōtra pater exheredatus iūgit' ei iure nouo hec qstio nō pcedit quo sublata est differentia emācipationis z patrie potestatis.vt not.s.eo.l.j.in prin.sed iure veteri eadem videtur cum submoto sit exheredationis nota.Dy.Uel dic:vt dixi.d.l.j.in princ.s.eo.z super rubrica qd sublata est predicta differentia ab intestato non autem ex testamento.vt ibi plene dixi.

Si quis filium. Ibi mox.i.post illam adoptionē.ibi emancipato sed solus emācipatus admittitur.Dy.ibi.ex liberis naturalibus:q2 nūq̄ fuit ei⁹ filius naturalis.Ray.in gl.ibi.q2 desijt esse zc.z sic erit ratio remotiua.Oldr.ibi q̄re nō debeat admitti nepos:z tūc erit ratio positiua.Old.in fi.q2 z si nepos sit:vt ibi nō tamen est naturalis:vt iungi possit vt hic.Oldra.

1 ☞Filius emancipatus z nepos ex eo in potestate retentus vocantur ad contratabulas per edictum de coniungendis.
2 Nepoti que seruetur portio per constitutionem diui pij.

Si post emancipationem.

1 Ad euidentiam huius.l.premittendū est† qd si filius est emancipatus:z nepos ex eo in potestate retentus ambo vocantur ad cōtratabu.per hoc edictum de coniungēdis vt.s.l.j.z.l.q duos:sed si filius est emancipatus nepos post emācipationem conceptus:z natus tunc nepos non vocatur per edictum de contratab.q2 filius procedens excludit eu3 vt.j.si ta.testamenti nulle extabunt.l.si quis ex his.§.qd si filium z.§.si quis z.l.si preteritus.secundo responso.item per edictū de coniungendis non vocat' nepos q2 ad hoc:vt vocetur per illud edictū oportet eum esse in potestate aui.vt.s.l.j.l.liberos.z.l.qui duos.ibi exheredatus eni:sed per cōstitutionem diui pij ɔseruatur ei portio iure institutiōis vel legati ascripta:vt dicta.l.qui duos in fine.z hic.est ergo cōsiderare tria iura.sc3 edictum de cōtrata.item edictum de coniungendis.Item cōstitutionem diui pij.que relicta conseruat considerato primo iure repellitur iste nepos.item considerato secūdo:q2 non est in potestate aui.sed cōsiderato tertio cōseruatur ei portio:sed quarta reuocat' in dubiū p.l.istā.z ideo dic q̄.l.ista diuiditur in quinq3 pticulas:scda ibi z pponamus.tertia duo vnā quartā:quarta ibi.an ergo.quinta:ibi z tū:formantur in ea tres questiones tantum quarū prima z secūda nō determinatur vel declarat' in textu.s3 in aut.penul.glo.tertia vero z vltima determinatur in textu.in pma ergo parte ponit' prima questio:in secunda z quarta ponitur secunda qstio.in tertia ratiocinatur circa qstionem secundā.in quarta ponitur z determinat' tertia qstio pēdens ex prima.casus aūt patet hoc modo.habeo filium quēdam emancipatum z nepotem ex eo conceptū z natum post emancipationem.z propterea non erat in potestate mea.item habeo alium filium in potestate:vel emancipatū nō curo quantū ad istū casum facio testamentū:z filium emancipatum ex quo habeo nepotem pretereo :alium vero filiū z nepotē heredes instituo.modo non est dubium an nepos vocet' ad contratab.q2 nō vocatur cum pater suus excludat eū:sed est dubiū
2 †que portio debeat nepoti conseruari per constitutio.diui pij.i.vtrum tertia an quarta:z videt' qd quarta:q2 si in potestate aui fuisset succederet tantum in quarta: tū dicendū est cōseruari portionem debere virilem z sic habebit tertiā oīm bonorū.secundo dicit retento superiori casu habeo filium emancipatum:z ex eo vnum nepotē in potestate,z alium qui nō erat in potestate.Ite3 habeo alium filium:facio testamentū z duos nepotes z aliu3 filium heredes instituo z emācipatum pretereo:modo dubitatur quantū habere debeant duo nepotes vtrum tertiā omnium , vel quartam.z videtur qd quarta3:quia posito quod essent in potestate haberent solūmodo quartā:ergo nepos ille qui non erat in potestate per constitutionem diui pij debet habere tantū vnciā z dimidiam.in alia parte formatur alia questio q̄ pendet ex prima.id est vtrum illa tertia que conseruat' nepoti instituto q non erat in potestate aui detrahat' de portione fratris emācipati tātum an de portiōe patris z etiam patrui z determinatur q̄ etiā de portione patrui:q2 est legatum predicto nepoti relictum etia3 patruus non pater prestare deberet.Dy.cōcludendo ergo sunt tres questiones:due in litera nō solute.prima est quarta portio seruetur nepoti non existenti in potestate alter nō:z non existens in potestate sit institutus an cuilibet seruetur sextūcia.i.vncia z dimidia tertia cui abscedet hec pars patri an patruo.Old.ibi ex eo.sc3 filio emancipato.Dy.ibi.nepos z sic non erat in potestate aui:sed sui patris vt.s.eo.l.qui duos.Dy.z dic qd iste nepos fuit institutus ab auo cum patruo patre preterito petente cōtratabu.vel statim patet in exēplo.Oldra.ibi erit portio ex constitutiōe diui pij de qua tractatur.s.eo.l.qui duos in fi. Dy.l3 gl.aliter dicat z male z dic qd hic colligitur determinatio prime qstionis: ibi hunc nepotem post emancipationem conceptū.Dy.ibi patrem emancipatum.Dy.ibi eiusdem nepotis.Dy.ibi:contratabulas bonorum possessio.z videtur qd nullam partem considerato hoc edicto de coniungendis.q2 istum nepotem non admittit cum nō fuerit in potestate aui z hoc sequitur Ray.ibi ad edictum pretoris de contratab.vt.s.eo.l.qui duos ibi.exheredatos eni zc.vel de coniungendis:q2 oportet eos nepotem qui coniungitur esse in potestate.vt.s.eo.l.j.§.liberos.Dyn.ibi semisses tali nepote nō computato:q2 per patrem excluditur:vt dicta.l.qui duos.z duo semisses bonorum fierēt quorum vnum habebit pater aliu3 patruus istius nepotis.z iste nepos nihil ex hoc edicto cum in potestate non sit.Ray.ibi post constitutio.p illa3 eni conseruatur portio tali nepoti qui nō erat in potestate aui:vt dicta.l.qui duos in fi.Dy.simile si habet' in ratiōe si deus est animus nobis:ibi debeat seruari videtur quod quarta nā zc. Dy.ibi.cum patre suo hoc cum vterq3 est preteritus.s3 quid si nepos in dimidia sit institutus z patruus in alia dimidia z pater preteritus videtur idem.vt.s.eo.l.qui duos.ibi quoniā si pater zc.s3 quid si velit mihi conseruare virilem totius patre solo petente cōtratabulas:z patruo repudiante z veniente ex institutione ex ea parte ex qua institutus fuit.respondeo.potest vt.s.de contratabulas.l.si ex duobus.§.sed illud:sed videtur sibi conseruanda virilis contra patrem qui contratabulas petit vt.s.eo.l.j.§.sed z si sint duo:sed argumē.cōtra est finis huius.l.Dy.ibi in familia aui.id est in potestate.Dy.ibi duo.sc3 nepotes ex eodem filio in aui potestate siue ambo fuissent instituti siue ambo preteriti siue alter institutus,alter preteritus z hoc inspecto edicto de cōiungendis:sed si ambo sint instituti z velint sibi conseruare beneficium edicti de legatis prestandis an admittentur ad virilem.i.quilibet eorum ad quartam totius.cum sic habeat quilibet eorū quantum z pater non videtur qn nō plus habere debeāt ambo quam pater accipiens bonorum possessionem contratabu.vt.s.de legatis prestandis.l.virilis vbi.versi.sed si vnus.quare ergo cum vnus solus est nepos z institutus cum patruo:vt in primo casu vocatur in virilem in materiam totius respondeo:quia nō est inuenire quod portio conseruata excedat aliquā de portionibus per contratabulas delatis.vt dicta.l.virilis.primo respōso quia afficitur iniuria patruus qui solus tantū habere debet quātum frater suus cum filio ex se nato.vt.s.eo.l.j.§.sed si sit.preterea z hic habet tertiu3 tantū sicut frater z nepos ex fratre natus.respondeo illud verū in contratabulas in successione ab intestato hic autē vocatur nepos quod ex institutione nō de se facta directa.sed per constitutionē diui pij que in constitutionibus loquitur vt.s.de legatis prestandis.l.filium.§.si legata.scdo responso:z sic quantum ad illum casum titulus iste nō corrigitur.Dy.ibi z cui abscedet.id est de cuius portiōe detrahetur z hic est tertia questio dependens ex prima.Dyn.ibi eidem nepoti non existenti in potestate.Dy.in glo.ex interpretatione tu dic quod nec per verba edicti nec per interpretationem edictorum z mens edicti sit in potestate aui vt.s.l.j.§.liberos. dic ergo qd conseruatur per constitutionem diui pij.vt.s.eo.l.qui duos in fi.nec etiam p edictum de contratabu.quia pater eum precedit:vt dicta.l.qui duos.versi.exheredatus eni zc.Dy.in glos.non computato tali nepote emancipato.Dynus.in glo.scilicet filio ibi mutat casum loquens quando ambo nepotes erant in potestate.Dy.in glo.z

hoc satis videtur:ibi plus habeat:quia nõ plus habere debet is cuius portio seruatur quam succedẽs contratabulas.l.filiũ.ꝛ.l.nam secundum ꝛ.l.virile.sed nepos in potestate existens succedens per contratabulas habet vnciã ꝛ dimidiam vt.s.l.j.§.sed si sit.preterea ergo ꝛc.Dy.in fi.prima vera.Dy.ꝛ aduerte qꝛ est difficile cõtrarium.hic ergo habet tertiã bonorum:sed.l.q duos.dimidiam quarte tantũ:qꝛ ibi sibi inuicem concurrunt succedendo per contratabu.Dy.sic videtur qꝫ concurrens cum solo patre habeat virilem concurrens cum altero nepote in potestate retento illam virilem quã habuerit per cõcursum patris:ꝛ patrui diuidat cum fratre:ꝛ sic remanet sibi sextuncia.Oldr.in glo.vlt.in fi.ꝛ sic ibi poterat petere contratabu.hic autem non.vt in.l.sequitur dictam.l.nepos.

1 ☞Sententia contra criminosum lata quibus preiudicet.
2 Positiones modicum facientes admittuntur.
3 Tempora carboniane ꝛ possessionis ordinarie currunt diuersis temporibus.
4 Alimenta ꝛ expense ad studium impuberi prestantur.

¶ De carboniano edicto. Rubrica.



Super rubrica. Uide azo.in sũma huius tit.ꝛ in speculo de testamẽtis.§.sequit videre ꝛ roffre.in libello eo.tit.summatim cã cognita datur carbonia.possessio impuberi cui mouet questio de statu.ꝛ bonis.ĩ.eod.l.j.Et si pro pupillo nõ satisdet aduersarius simul erit in possessione cũ ipso.ea.l.C.j.ꝛ an debeat alimentari ex bonis ipse aduersarius nõ tm̃ masculis:sed etiam feminis ex virili sexu descendentibꝰ datur hec bonorum posses.ea.l.§.non tantũ.nõ refert quis controuersiam facit impuberi dum tñ questio sit de statu.ea.l.§.si quis non ab aliquo.ꝛ locum hꝫ etiam si fiscus cõtrouersiam facit exheredato:vel instituto nõ datur hec bonorum possessio.ea.l.§.posses.pompo.in posthumo instituto:secus ꝛ hoc verũ nisi scriptus:vel exheredatus sit non:vt si filius carboñ.cessat vbi est questio bonorũ tm̃ ꝛ non status.ea.l.§.si quis filium.si mouet questio principaliter matri:ꝛ filio vel matri principaliter:qꝛ dicitur patri subiecisse:ꝛ per consequens filio qd iu-
1 ris.eadem.l.§.si mater.ꝛ†qꝫ sñia lata contra criminosum preiudicat his qui ex crimine cõmodum consequebant.ꝛ an sentẽtia cõtra matrem lata in adulterio vel partu supposito ꝑiudicet filio.qꝫ mortuo criminoso vel omnes ꝓcedatur cõtra participes ĩ.eo.l.licet.carbonia.locum habet ex testamẽto ꝛ ab intestato.ĩ.eo.l.iij.ꝛ an differat posthumus ab iam nato.si sola questio status moueatur impuberi differtur ex constitutionibus.eadẽ.l.§.Quis carbonianũ nõ habet locũ in eo qui pubes est:ꝛ si per mendaciũ dixerit se impuberẽ nullum est decretũ.ea.l.§.puberi.quid sit cognitio summaria ꝛ quid plenaria.eadem.l.§.cause.ꝛ.§.due cause.ꝛ qꝫ negatiua:scꝫ non esse filium probatur ꝛ qꝫ ambiguũ dicitur in quo est aliquid modicũ faciens pro vna parte qꝫ facit ad materiã.l.admonendi.de iureiurã.ꝛ ad materiã.l.j.C.de pro
2 curato.Et an per solam negationeꝫ efficiatur res dubia.†ꝛ qꝫ positiones ꝛ articuli etiã modicũ facientes admittuntur:ꝛ qꝫ testes non sic recordantur de facto antiquo sicut de recenti:ꝛ an infamia facti repellat testem in totum:ꝛ quando debet attendi cõditio testis non refert vtrum suo an hereditario iure fiat controuersia impuberi.ea.l.§.si is qui.ꝛ si non sit questio de hereditate patris:sꝫ an mater debeat succedere nõ differtur questio si duobus impuberibus ꝓpter impuberem.ea.l.§.idem iulia.non refert vtrum impubes cui mouetur ꝯtrouersia sit petitor vel possessor.ea.l.§.parui.si duo impuberes sibi inuicem faciant controuersiam quid iuris.ea.l.§.si duo.si est questio libertatis ꝛ hereditatis vtraqꝫ differtur in tempus pubertatis.ea.l.§.si qs liber.si excipiatur contra impuberem de iure tertij differtur questio sꝫ impubes satisda.ea.l.§.cum extaret.ꝛ an excipi possit de iure tertij.carboñ.tribuit ius solũ in possessione nõ in proprietate:ꝛ si intentat petitorium nõ prosunt sibi cõmoda carboñ.ea.l.§.missus autẽ.ꝛ ibi plene an missus ex carbo.intẽtare possit hereditarias actiões ista bonorum posses.dat intra annũ vtilem.§.hec autem
3 possessio.†ꝛ diuersis temporibus currunt tẽpora carboniane:ꝛ ordinarie possessionis:ꝛ ideo diuersis tẽporibus peti possunt.ĩ.eo.l.ideoqꝫ.si ambo sunt de liberis ambo mittunt in posses.ĩ.e.l.sed sub.sed impubere non satisdante sit missus etiam aduersarius eius dabitur curator qui administret bona.eadem.l.§.si impubes.ꝛ si aduersarius satisdet potest administrare.ea.l.§.quoties.quis debeat alij ex bonis.ea.l.§.an autẽ.Et maior cura est pretori ne impubes fame pereat quaꝫ ne hereditas diminuat:ꝛ facit qꝫ mulieris pena differatur per lactãdum filium si alia lactatrix non reperiatur.si aduersarius impuberis satisdat nõ debet habere instrumenta hereditaria.ea.l.§.maxime.neutro satisdante datur curator qui administret.ea.l.§.si possunt tñ tutores impuberis administrare an in bonis matris habeat locum carboñ.ĩ.eo.l.de bonis non curatur qño veniat quo ad hoc edictũ.ea.l.§.huic aũt edicto.si sit questio status ꝛ non bonorum cessat carbonia.ea.l.§.ita demũ.aduersarius impuberis si non est de li
4 beris aliꝰ debet.ea.l.§.qui pupillo.†non solum alimẽta impuberi prestantur:sed cões expense ad studium.ea.l.§.non solũ.post pubertatẽ missus ex carboñ.sustinet partes rei si satisdat:alias possessio ab ipso transfertur.eadẽ.l.§.nõ solũ.post pubertatem missus ex carbo.sustinet partes rei si satisdat:alias possessio ab ipso trãsfertur.eadem.l.§.post pubertatem.si filio adoptiuo questio moueat vtile carboñ.locum habet.ĩ.eodem.l.si impubes.impubere exheredato cessat carbonia.qꝛ non de iure filiationis:sed testamenti querit.ea.l.§.si mater.si moueatur qstio libertatis non differtur si expediat impuberi.eadeꝫ.l.§.si mater.duobus fratribus missis:si vnus suam partem non defendit compellitur alter totam hereditatem defendere.ea.l.§.quoties.non rite exheredato datur carbonianũ.ea.l.§.interdum.cũ est questio de bonis paterni liberti nõ differtur.eadẽ.l.§.si pupillus.propter paternam tamen differtur questio bonorum liberti:ꝛ ibi distinctio quãdo questio status mouetur principaliter:vel incidenter an fm ta.ꝛ carbonia.simul concurrant.eadem.l.§.fi.ꝛ que bonorum possessiones ordinarie cum ista concurrant si impubes dicat patrem suuꝫ fuisse in potestate aui:ꝛ negetur an locus sit carbonia.ĩ.eodem.l.decessit.rẽspõsum legis ꝛ statuti intelligi debet in casu dubio.ĩ.eo.l.qꝫ labeo.an iuramentũ matris prosit vel noceat filio.ĩ.eo.l.cum mulier.cũ impubes est scriptus:vel exheredatus cessat carbonia.ĩ.eod.l.cum sine filijs.qui impeditur per carbonianum hereditatem etiam non aditam transmittet.ĩ.eo.l.scriptꝰ.si questio adulterij moueatur matri.an differatur in tẽpus pubertatis.ĩ.eo.l.titia.si impubes efficiatur pubes anteꝗ̃ inductꝰ sit in possessionem re ipsa partes actoris sustinet.ĩ.eo.l.queritur.hic bonorum possessio cũ satisdatur operatur quod missus potest intentare hereditarias actiones.ĩ.eodem.l.penulti.sed sint de bonis paternis satisdare tenetur ita:ꝛ de his que sibi conferuntur.ĩ.eo.l.fi.

1 ☞Edictum carbonianum cessat si controuersia bonorum moueatur.
2 Sententia lata contra sceleris autorem quibus preiudicet.
3 Factum matris filio preiudicare potest.



Si cui. Ibi causa cognita scꝫ summatim.Dy.Ibi de ea re:id est de statu.Dy.ibi quo ad commodum.vt nota.ĩ.e.l.si impubes.§.quoties.Ray.Ibi ꝛ iudicium:id est questio status.ꝛ per cõsequens bonorum.vt not.ĩ.eo.l.de bonis.in prin.Ray.Ibi causa cognita:scꝫ plene.Dy.in glo.ij.ibi si status.ꝛ.s.ad trebel.lucius.§.tres heredes.Oldra.

Eum qui cõtrouersiam facit. Resistendo.Dy.ibi simul cum impubere.Dyn.in glo.sed dissimiliter.in fi.nam aut aduersarius est in pari gradu cũ impubere:quia ambo filij defuncti ꝛ tũc oportet alium mitti in possessionem bonorum.ꝛ ex his alimentari etiam si impubes pro pte sua satisdet:qꝛ ꝛ ipse dꝫ succedere defuncto sicut impubes.ꝛ ita loquitur dicta.l.sed si is.aut non est aduersarius in eodem gradu cum impubere:ꝛ tunc aut satisdatur ab impubere ꝛ alter nõ debet esse in possessione nec alimentari ex bonis:aut non satisdat:ꝛ tunc aduersarius debet esse in possessionem bonorum:sed non ex eis alimentari.ꝛ eodem modo soluitur aliud contrarium.ĩ.e.l.de bonis.§.qui pupillo.Dy.in glo.non ergo.ibi de fide instrumentorum.l.fi.imo est in titulo de probatio.

Sed ꝛ si quis. Impubes.Dy.ibi maius periculum nõ ꝛ pro hoc.C.de episcopali audi.l.addictos.xlij.dis.quiescamus.ꝛ extra de electio.vbi periculum.libro.vj.Ibi fꝫaliter obseruetur:id est si non differatur questio an allegetur impubes esse seruus.Dy.ibi impuberẽ afficiat allegando eum seruum.Dy.simpliciter non negando filiũ.Dy.ibi seruus esse dicatur.ꝛ per consequens dicatur illum filiũ tanꝗ̃ non legitimum non esse de numero eorũ q possunt ad successionẽ accedere.Dy.Ibi idem erit dicendum:scꝫ qꝫ impubes mittatur in posses.ꝛ differatur questio.Dy.

Pomponius. Ibi cum filius etiam impubes.i.qui dicit se filium:sꝫ negatur per aduersarium.Jaco.nam si vt filius scriptus esset ꝛ reperiret nõ esse:alienus esset ab hereditate.vt.C.de heredi.institu.l.si pater.ꝛ.l.nec

⁊.l.nec apud.⁊ ideo interim haberet locum carboñ.edictum nisi testator sciret euȝ esse non filiũ.vt.s̃.de heredi.institu.l.nemo.§.j.⁊ de conditio.⁊ demonstra.l.falsa. Jac.ibi etiam si alijs vel si.i.quãuis.Dy.ibi bonorum posses.scȝ carboniana.Dyn.ibi idẽqȝ scȝ quod detur carboniana quia exheredatio non rite facta fuit nec hoc superiori casu:⁊ ideo non nocet.vt.s̃.de cõtratabulas.l.non putauit.§.non queuis.in glos.carboniana.Ibi cõstat enim cum instituit tanq̃ filium cum ⁊ ipse esset in quasi possessione filiationis que ratio nõ cadit in posthumo sicut in iam nato:⁊ sic nato instituto datur ordinaria bonorum possessio.scȝ s̃m ta.sed posthumo extraordinaria.scȝ carboniana.Ray.

1 **Si quis.** †Si mouetur controuersia bonorum tantũ cessat hoc edictum carbonianum.secus si de statu ⁊ bonis questio moueatur.hoc dicit.Ibi sic id est ꝑ verba que sequuntur:ibi deinde hic institutus ex parte minima eo modo quo predictum est ibi suum herdem esse ab intestato ⁊ insolidum.Dy.ibi contẽdunt tantum ⁊ nõ negant eum filium.Dy.ibi carboñ.cessat:q̃ non mouetur questio de statu:sed de bonis tantum.Dy.ibi ad cõsanguineos:sed quomodo cũ fuerint heredes scripti in testamento.vt.s̃.ptȝ dum dicit coheredes eius respondeo nondum adierant ex testamento:vel confitebantur nõ valere testamentum.Jaco.in glo.ac per hoc testamentum in fi. huius gl.male dicit q̃ hic nõ erat institutus:vt filius vt textus dicit.⁊.ĩ.in vltima glo.In glo.si impubes.in fi.solu.vt ibi.Dy.⁊ Jaco.de bel.

Si mater. Duo sunt casus huius.§.primus quando questio mouebat̃ principaliter vtriqȝ secundus quando mouebatur principaliter questio matri secundario filio.⁊ s̃m hoc expone hunc.§.quia glo.non bene exponit. Dyn.Et intelligas in matre maiore alias secus esset.vt.ĩ.eo.l.si impubes.§.si mater.⁊ vide quod notaui.ĩ.eod.l.cum mulier.ibi subiecti partus filio adhuc impubere.Dy.ibi.denotatur.id est principaliter de partu supposito pupillo questio moueatur non solum matri.Dy.⁊ pupillo expedit questionem deferri. Dy.ibi defendatur.scȝ impubes.Dy.ibi.postulatur principaliter.i.accusat̃ de partu supposito ⁊ per consequẽs secundario filio.Dy.ibi defensura.communiter est in litera defensuram ⁊ male.Dy.ibi.recenti tempore quã antiquo si differretur argu.ĩ.l.iij.§.due. Jaco.ibi.⁊ post euentum.s̃m glo.hic est versiculus.⁊ ponit effectum sñie contra puerum late super supposito partu.Oldra.ibi.apparuerit per sententiam latam contra matrem.Dy.licet glo.dicat contrarium ibi denegande sunt donec probet se filium s̃m casum.Dy.⁊ bene in fi.non fuisset nisi habita plena cause cogni-
2 tione probetur esse filius.Dy.Et nota.†quod sententia lata cõtra autorem sceleris nocet ⁊ p̃iudicat his ad quos ex crimine applicabatur compendium:vt hic.⁊.C.de aduoca.diuersorum iudicum.l.j.⁊ si ex falsis instrumentis.l.iudicati.⁊ argu.ĩ.de regulis iuris.l.ex qua persona.⁊.s̃.de his qui.vt indignis.l.cum tabulis.in princ.sed in ciuili distinguitur.vt.ĩ.de re iudica.l.sepe.⁊ facit ad primam partem.s̃.de legatis.ij.l.cũ filius.§.fi.⁊ de admini.tu.l.titium ⁊ meuium.§.penul.in iuramento secus propter timorem transgressionis.vt.s̃.de iureiurando.l.iij.§.penult.qui timor hic cessat.⁊.C.de falsis.l.j.Jaco.In glo.scȝ tantum ibi fiebat questio.primam tene.Dy.in eadem gl.in fi.vel dicas quod primo ⁊ secundo casu mouebatur questio matri ⁊ filio:sed expediebat differri puero in primo casu.⁊ ideo differtur ⁊ in secundo nõ expediebat differri ⁊ ideo nõ differtur:sed de presenti tractatur ⁊ preiudicat sententia puero quãtum ad omnia:vt patet ex fi.§.⁊ s̃m hoc omnia sunt plana.Vel dicas quod in secũdo casu mouebatur questio tantum matri principaliter licet secundario effectus cognitionis extenderetur ad damnum filij:vt hic videt̃ denegatur filio carboniana bonorum posse.⁊ actiones heredita-
3 rie:vt in fi.§.subijcitur nisi constet eum filium†quia factum matris potest filio preiudicare.vt.s̃.de ventre inspici.l.j.§.si cui.⁊.l.edictum.⁊ ibi no.Dy.Vel dic aut mulier accusatur de adulterio simpliciter ⁊ tunc nõ differtur cognitio:quia possibile est mulierem esse adulteram ⁊ puerum natum esse ex defuncto:vt dicta l.miles.§.defuncto.ĩ.de adulter.aut accusatur de certo ⁊ determinato adulterio ex quo dicitur puer natus:vel partus dicitur esse suppositus.⁊ tunc aut questio mouetur contra matrem tantum aut contra puerum tãtum aut contra vtrũqȝ.Primo casu non differt.vt.C.ad.l.cor.de falsis.l.j.s̃m verum intellectum:vbi de hoc.Scdo casu indubitanter differtur.vt.s̃.pri.responso s̃m vnum intellectum ⁊ per totum hunc titulum.Tertio casu pone vt hic s̃m alium intellectum.vt.ĩ.eo.l.titia.⁊.s̃.tit.ij.l.si ventris. Oldra.⁊ facit.ĩ.eo.l.titia.

Licet mulier. Ibi puniri possunt si supsunt.Dy.in gl.hoc est cõtra vos ibi alij cõtra ad hoc vide.ĩ.de accusa.l.in eũ. In glo.vlti.in fi.que fit ipsi impuberi.Dy.

1 ☞ Posthumus an differat a iam nato.
2 Decretum obreptitium est inualidum.
3 Cognitio plena cause que sit.
4 Pretor admittit probationem pro puero modicum facientem.
5 Testis non ita recordatur de longinquo tempore sicut de recẽti.
6 Infamia facti fidem testis aggrauat nõ tamen ex toto repellit.
7 Questio status differtur per carbonianum impubere cõtrouersiam status patiente.
8 Excipere de iure tertij quando quis possit.
9 Missus in possessionem ex carboniano ius possessionis consequitur.
10 Missus ex carboniano edicto an possit actiões hereditarias intentare ⁊ contra quos.


Arbonianum. Ibi intestati vide q̃ nota.C.de hereditarijs actionibus.l.iiij.⁊ cui dari tu.po.l.j.Ibi de legatis relictis:vt filio.Dy.ibi queritur q̃ allegatur non esse filius ⁊ ꝓpterea non posse legatum accipere. Dy.ibi.differri potest.i.debet.Dy.In gl.a legitimis ibi id in quolibet impubere etiam nato s̃m glo.istam Dy.⁊ illam que est in sequenti.§.sed dic contra.Et dic quod hic loquitur in nõdum nato instituto,sequens.§.in iam nato:vt nota.s̃.eod.l.j.§.pomponius.Vel
1 verius illa s̃m istam†quia ibi negabatur solum filius sed nõ negabatur institutus vnde differt posthum⁹ institutus ab iam nato ⁊ ita ibi:hic vero negabatur vtrũqȝ.s.filius institut⁹ vnde nõ differt posthumus ab iam nato:vt hic.⁊ nota.ĩ.§.proxi.In gl. impuberi.Dy.tamẽ videtur tenere quod primo dixi:vt in quadam apostilla parua quam ipse facit super textu in.§.sequenti.quãuis quod puto verum rationem diuersitatis dixit.s̃.eod.l.j.§.pomponius.Ray.In glo.dic legata ibi.s.legatorum.s̃m primum dic causa.i.questio status.Ray.⁊ tene menti hanc gl.que alibi non reperitur.

Quamuis scripto. Scilicet impubere queȝ constat scriptũ.Dy.ibi. Constat certum sit eo casu quo script⁹ erat iam natus.Dy.ibi. controuersia fiat.scȝ impuberi non instituto.Dy.ibi.Si vero tãtum status.scȝ controuersia fiat.Dyn.in gl.i.in fi.tu dic quod ibi in posthumo hic in iam nato:vt ibi dixi.Rayn.⁊ vide quod notaui.C.eodẽ.l.j.⁊.s̃.de tutori.⁊ curato.datis ab.l.ei qui.⁊ vbi glo.secunda allegat quorum lega.debet dicere quorũ bonorum.

a **Puberi.** [a] Ibi non succurrit licet moueatur ei controuersia de statu ⁊ bonis.Dyn.ibi obrepserit:id est per mendacium allegauerit se impuberem. Dy.Et sic no. a
2 quod†decretum obreptiuum non tenet per hoc.C.si contra ius vel vtilitatem pu.l.prescriptione.s̃.de rebus eorum.l.magis puto.§.manent.⁊.ĩ.de fideicommis.liber.l.cum vero.§.subuentum.vbi de hoc.Ibi mox.lite super bonorum pos.ex carboñ.petente vel ea finita:sed nondum corporali possessione in eum q̃ mitti petebat translata.Oldr.Ibi possessionis carboniane.Dy.in glo. petende.in fi.⁊ de hoc plene not.ĩ.de admi.tuto.l.ij.§.sed ⁊ si q̃s cum status.Ray.

a ☙ Puberi. Adde.bal. in l.j.⁊fi.C.de curato.furio.

3 **Cause cognitio.** †Plena est cause cognitio ꝑ quam plene religio iudicantis instruitur de veritate summaria per quaȝ ad rei de qua agit̃ in aliquam presumptionem adducitur.Jaco.Et hoc in effectu dicit iste.§.⁊ vide quod not.s̃.de ventre in possessio. mittendo.l.vbicunqȝ.§.interdum ibi infantibus.l.impuberibus.Dyn.ibi.filium non esse not.probari negatiuam:sed hoc per affirmatiuã ex qua hoc resultat.vt.l.filium.s̃.de his qui sunt sui vel alieni iuris.Jac.Et de probatione negatiua plene dixi.C.de probationi.l.actor.ibi ambiguã causam repete inuenit.Dy.Ibi vel modicum pro puero faciẽtem.no.casum dici ambiguum in quo est aliquid etiam modicum pro altera parte faciens.Oldra.Item not.quod in dubio fauemus actori:sed contra.ĩ.vt in poss.l.j.§.restituende.⁊ institu.de interdictis.§.commodum.⁊ extra de regulis iuris.c.cum sint partium.libr.vj.vbi de hoc solu.hoc operatur presumptio pro actore ratione quasi possessiõis filiatiõis in qua erat que ratio in contrarijs cessat argu.C.de probationibus.l.non epistolis.⁊.l.non nudis.⁊.l.siue possidetis. Preterea hic in bonorum possessione que non tribuit ius:⁊ sic est speciale fauore alimentorum.argu.s̃.de ventre in possessio.mittendo.l.j.
4 §.sed si incertum.⁊.§.si ea.Ray.†Item not.quod pretor admittit probationem etiam modicum pro puero facientem quod sepe allegant aduocati pro positionibus ⁊ capitulis admittendis etiam si modicũ faciant ad causam:sed hic loquitur de summaria cognitione in qua non exigitur plena probatio:sed per presumptiones:sed nunquid sufficiat presumptio per sacramẽtum glo.quod sic in aut.de exhiben.§.si vero.⁊.C.de bonis auto.iudicis possi.aut.⁊ qui iurat.sed dic:vt dixi.s̃.vt in posses.lega.l.

ibi.centenarium eum faciamus. id est perinde cũ habeamus ac si maior centenario esset ⁊ alienasset in fraudem ⁊ sic locus esset fauiane. Jacobus ibi.quasi dicat ante omnium rerum alienationem nullum dicemus an habita pro nulla alienatione eius rei que sola sufficeret ad constituendum libertum centenarium constituemus vt pro rata de ceteris reuocemus.vel melius: tria querit.Primo an eius solius qui magis est sufficiens ad libertum centenarium constituendum reuocata ipso iure per legem intelligitur an omnium rerum nulla alienatio sit an tantum pro rata. Jacob.ibi nullius momenti sit quod omnes in fraudem.l.alienate fuerunt cum non appareat quod per vnam magis quã per aliam ⁊ sic omnes ipso iure ratione incertitudinis reuocantur. Oldr.Raynal.ibi.non semel.id est non vno impetu.Dynus.ibi quasdam res ante ita quod factus erat minor centenario.Dynus ibi.Non reuocabitur cum in fraudem legis facta non sit sed hominis.⁊ ideo ipso iure nulla non dicitur.Oldradus ibi.Sed prioris alienatio reuocabitur ipso iure per quã constitutus fuit minor centenario.⁊ sic facta fuit in fraudem legis:vnde ipso iure nulla est.Oldradus in fine.Non enim per eas minor centenario factus fuit:quia iam per primam factus erat:⁊ sic nõ in fraudem legis sed patroni iste alienationes facte fuerunt.Raynaldus.Et facit iste.§.ad id quod not.s̃.de.legatis.ij.l.titia seio.§.imperator.C.de inofficiosis donatio.l.j.⁊ quod dixi.C.de sacrosan.eccle.auk.hoc ius porrectum.versi.item querit bartolom.predictus si episcopus.

1 ☞Auus nepoti nocere potest per factum suum.
2 Locus siue argumentum ab autoritate valet in iure.
3 Filius non priuatur feudo auito ob patris delictum.

1 Qui fratres. Pulcherrima lex† factum aui nocet nepoti.Hoc primo factum patris viuente auo non nocet nepoti.Hoc secundo factum patris mortuo auo non nocet nepoti. Hoc tertio ratio diuersitatis inter predictos casus est qa ex persona aui ad me deuoluitur ius patronatus in liberto auito.Et ideo eius factum mihi nocet:vt in regula iuris ex qua persona: ex persona vero patris ius nõ habeo in liberto auito:sed ex persona aui.vt.s̃.de senatoribus.l.emancipatum.⁊.j̃.de interdictis ⁊ relegatis.l.iij.Oldradus.Et vide Dynum de regulis iuris.c. non debet quis.libro.vj.Oldradus.Vel dic ⁊ idem est effectus propter delictum patris filij vel nepotis iura libertorum auitorũ non perdunt:secus est propter delictum aui.hoc dicit.Ibi non leuem iuris autorem.¶Nota pulchra verba quasi dicat magne autoritatis ⁊ scientie.Ibi preter veterem ⁊ bene fundatam peritiam:scilicet in artibus vel alijs scientijs:⁊ nota pulchrum modum commendandi istum volusium.¶Et nota etiam ex hac.l.
2 quod† locus ab autoritate est validus apud iuristas:licet apud dialecticos sit inualidus ⁊ infirmus.ibi sed cum ipso metiano. Casus ablatiui absoluti.Old.Et supra tractauit de delicto aui hic tractat de delicto patris.Raynaldus.Ibi nepotem posito hoc correlatiuo sequitur reliquum:scilicet auus.hic ergo loquitur de facto seu delicto patris viuente auo:sed.j̃.proxi.versiculo de facto patris auo iam mortuo.Oldradus.ibi liberis ipsius ac-
3 cusantis.Dynus inducitur in argumẽ.†hec lex quod filius non priuetur feudo auito.propter delictum patris.ad idem.j̃.de interdictis ⁊ relegatis.l.iij.vbi de hoc dixi:⁊ plene.C.de libertis ⁊ eorum liberis.l.ij.⁊ not.s̃.de senatori.l.emancipatum.argumen. contra.C.ad legem iuliam maiestatis.l.quisquis.⁊ de hereticis. auk.gazaros.sed posset dici.Ibi speciale propter immanitatem criminis.Est etiam argumen.contra.in autenti.vt omnes obediant iudici prouinciarum.§.j.de hoc dic vt in vsibus feudo. que fuerit prima causa amittendi beneficium.§.deniq3.si de feudo controuersia fuerit.c.si vasallus culpam.Et si vasallus feudo priuetur cui deferatur.c.j.in glos.imo contra communiter ista gloss. est signata in versicu.sed cum ipso metiano super verbo auiti liberti ⁊ tunc ista glo.non bene stat ibi.Item cõtra.j̃.proxi.§.imo debet dicere.s̃.proxi.§.⁊ debet dicere.sed hic pater ibi alius accusauit sed iudicio meo ista gloss.signari debet.s̃.in princi.l.super verbo auiti liberti.⁊ tunc bene stat prout communiter habetur in glo.nunc corrigit predicta.imo secundũ Oldrad. non corrigit sed in prin.l.loquitur quãdo auus accusauit versicu.sed cũ ipse loquitur quando pater accusauit ⁊ ratio diuersitatis est quã dixi.in prin.l.secundum ipsum Oldrad.cuius opi.credo veram in glo.vt euidenter ibi de bonis libertorum queritur.⁊.l.in seruitutẽ.§.si patroni.Dynus.ibi sed qꝛ filij sunt.vt patet.s̃.eo.l.filij. Dyn.ibi succedendi liberto.licet enim habet filius etiam non heres:⁊ istud ius non transit ad heredem extraneum.vt.C.de latina liberta.tollen.l.j.§.sed ⁊ si sub conditione.sequens vero ius bene transit ad heredem extraneum:⁊ de hoc vide quod not.⁊ dixi. s̃.eo.l.iura libertorum.ibi possunt solui ⁊ de materia huius glos. vide qđ not.per.Dynum.extra de regulis iuris.c.nõ debet alius alterius odio pregrauari.libro.vj.⁊ quod dixi.j̃.de penis.l.crimen.⁊ pena paterna.⁊.C.ne filius ꝑ patre super rubrica.in gloss. vltima.ibi filio nocet.s.infamia sola:nam accusatio capitalis bene noceret ipsi filio patroni qui accusauit.vt.s̃.eodem.l.filij.⁊.l. eum.sed non eius liberis.vt hac.l.Ray.

1 ☞Doctor non potest prohibere fabrum vti sua arte.
2 Signum alterius an possit quis assumere.



1 Vero. Hec lex cũ similibus facit ad questionem†quod doctor nõ possit prohibere fabruz malleare ⁊ vti arte sua iuxta scholas suas de qua questione dic vt dixi.s̃.soluto matrimo.l.prima.Itẽ facit ad questionẽ quã vidi de facto in ciuitate bergomi.qdã faber seu ferrari⁹ noĩe Bolzana erat excellentior faber qui esset in lombardia ad faciendum et affinandum azale.Et in azalinis suis faciebat vnum signum vt dignoscerentur ab alijs.quidam alius ferrarius qui erat secundus post eum
2 incepit apponere suis azalinis idem signum:† ille Bolzana petebat coram potestate quod prohiberetur apponere ipsum signum.hec.l.est argumen.quod prohibere non posset.⁊ pro hoc s̃.e.l.ij.⁊ vide.j̃.de operis leg.l.medicus.imo quod plus est etiaz si quis vtatur arte illicita non potest prohiberi per illum qui eadem illicita arte vtitur:vt hic in gloss.In contrarium allegabatur in questione predicta quia istud signum ab initio in nullius bonis erat.ergo occupanti conceditur.vt instituto de rerum diuisio.vltra principium.non debet ergo alius vti isto iure quod erat quesitum primo per occupationem.vt.s̃.si vsufruc.petatur.l.vti frui.circa princi.⁊ pro hoc quia si quis vsus est piscari per plures annos in aliqua parte fluminis poterit aliũ prohibere in illa parte piscari.vt.j̃.de diuer.⁊ tempo.prescrip.l.si quisquaz.ibi colonia quid sit vide.j̃.de censibus.l.j.



Ingratus. Ibi obsequiuz necessarium.Dynus.

1 ☞Restitutio in integrum quid operetur.
2 Iura in vno correcta non debent in alijs corrigi.
3 Ius accrescendi non habet locum inter eos qui iure diuerso succedunt.
4 Filij naturales non sunt necessario exheredandi.

1 Siue libertus. †Restitutio in integruz reddit amissa ꝑ deportationem vel damnationem in metallum:⁊ dic restituatur in vita liberti ad qđ accedit qđ not.s̃.de liberis ⁊ posthu.l.gallus.§.quid si tamen.

Excluditur. In glos.nec hoc corrigitur in patrono ergo idem in patre quod est notandum cum pater regulariter equiparetur patrono.vt.s̃.si a parente quis fuerit ma.l.j.in princi.Nec hoc expresse corrigitur in patrono ergo nec in patre.arg.C.de testamentis.l.scimus.Licet in hoc ius vetus corrigatur qđ portio debita parentũ augetur.sed patronorum non.vt not.in auk.de triente ⁊ semisse.in prin.coll.
2 iij.†Et licet iura vetera corrigantur in vno nõ debent corrigi in alijs separatis.arg.eius quod not.s̃.de carboniano edicto.l.de bonis.in prin.Raynaldus.contrarium tamen nota.s̃.ad legem falcidiam.l.ꝙ de bonis.§.penultimo.⁊ dic vt not.dicto.§.aliud. Et ista glossa notabilis est.similem habes.j̃.de bonis libertorũ. l.etiam.§.si debita.⁊ quod pater debeat habere legitimam iure institutionis sicut ⁊ filius not.per Jacob.de bel.dicto.§.aliud. licet Raynaldus hic teneat contrarium per istam glossã que intelligit.§.illum solum in filio.pro opinione Jacob.facit quia licet pater non eodem ordine debeat hereditatem filio sicut econtra.vt.l.vnde liberi.l.scripto.tamen si ordo turbatur ista est debita hereditas filij patri sicut econtra.s̃.de inoffi.testamento.l.nam ⁊ si parentibus.vnde sicut filio debetur iure institutiõis sic ⁊ patri.⁊ pro hoc optime dicto autenk.§.scimus.Nõ obstat ista glossa quia loquitur in patrono cui non est tantum debita hereditas sicut parentibus vel filijs.vt nota.j̃.de bonis.libe.leg.etiam. Nec obstat quod not.s̃.si a parente quis fuerit manumissus.l.j. in princ.quia loquitur in successione que fit iure manumissionis non iure nature.

Ex duobus. Ibi petijsset:sed quomodo datur cõtratabulas.vt.s̃.l.proxim.Rñdeo ibi fuit ex vncia institutus ⁊ iudicio liberti legata meruit licet ꝑ seruum que supplebant legitimam portionẽ hic autem non.⁊ ideo petit contratabulas.vt.C.de inofficioso testõ.l.cum queritur. Sed hodie agitur ad supplementum:vt instituto de successione

libertorũ.§.si vero testamentum.Iaco.In glos.etiam portio.scz debita alteri patrono:ꝛ per eum repudiata.Dyn.In glos.ꝛ est ratio ibi suo iure.ꝛ est ratio quia.s.non habet cõtratabulas suo iure:ꝛ ideo non habet ex persona alterius patroni iure accrescendi.sed in isto habet contratabulas suo iure.ꝛ ideo habet iure ac-
3 crescendi si ab altero repudietur † cum inter eos qui diuerso iure succedunt facile non habeat locum ius accrescendi.vt.s.de bonorum possessioni.l.si cum patrono.Dynus.ibi.s.vero. hec est clarior ratio qꝛ.s.diuerso iure succedũt.s.vnus per secundũ tabu. alius per contra tabulas.hic non eodem iure sed per cõtrata.ad quod facit dicta.l.sed cum patrono.Ray.

Naturales. Ibi per seruũ proprium filiorum institutũ a liberto.Et sic filij non per se sed per alium sunt patris heredes.Dyn.in gloss.qꝛ quantum ad cõmodum.in fine.Solu.ibi mala mente:vt ibi nota.Vel dic ibi de iure agendi hic de iure excipiendi.Vel dic ibi de liberis patroni hic liberti.vel ibi de odio hic de fauore.prima ꝛ vltima magis placent.Iacobo de bel.Vel dic illud speciale hic per.l.sciendum.de verborum signifi.Raynal.In glossa.vlti.in fine.solutio secundum.Iaco.de bel.filius non videtur esse heres quãtuz ad suum commodum:vt hic.sed ad alterius commodum sic.vt hic.Iaco. de bellouisu.vel dic hoc speciale vt dixi.s.de vulgari ꝛ pupillari substitutio.l.si filius qui patri.vel licet sit heres nomine:vt ibi non tamen obstat patrono:vt hic.ꝛ.j.de bonis libertorum.l.ꝛ si ex modica.§.si filius.ꝛ ad tertul'.l.ij.§.sꝫ si sint.Ray.Et nota ex
4 glo.prima † qꝺ filij naturales non sunt necesse exheredandi.simile no.insti.de inoffi.testã.§.tam autem.

Satis. Ibi filius scilicet liberti materni.Dynus.in glossa.in fi.vt.s.e.l.diui fratres qꝺ dic vt ibi plene notaui ꝛ dixi.Ray.

Si filius. Ibi meruit.vt.C.ex quibus causis serui pro premio accipiunt libertatem.l.j.In gloss.prima ibi.§.erit.Sed tamen vt indignus perdet vna cum alijs bonis hereditarijs ꝛ fisco applicabuntur.Ray.vt.s.de suis ꝛ legit.l.in testato.§.j.Vel dic quod nullo iure habebit.vt.s.ad sill'.l.si sequens gradus.§.vltimo.ꝛ quod ibi nota.ꝛ hic est grauius delictum quam erat in dicto.§.erit.Oldradus.

1 ☞ Iudex ad quam sententiam iudicis a quo potest partim cõfirmare ꝛ partim infirmare.
2 Iudex appellationis potest de nullitate cognoscere.

1 **Carmelia pia.** † Iudex appellationis potest sentẽtiam primaz pro parte infirmare ꝛ pro parte confirmare.h.d.Dy. Et ad hoc.s.de leg.iij.l.aufidius.ibi ꝙ pro quia.ibi libertorum diuisionem nam ius patronatus ecclesie.vt extra de iure patronatus.c.relatum.ibi alimentorum forte libertis relictorum.In glos.in fi.ꝛ de mino.l.etiam.§.ex causa.Et facit hec lex quod in causa alimentorum possit appellari.de quo dixi.s. de his qui sunt sui vel alieni iuris.l.si inde.in fine.ꝛ vide.s.de ali
2 men.lega.l.iij.in prima glossa.† Et nota ꝙ iudex appel.potest de nullitate cognoscere.pro hoc.s.fami.hercis.l.quedã.de appellationi.si expressim.ꝛ extra de appellatio.c.dilecto.ꝛ facit ad.l. istam quod not.s.fami.hercis.l.in hoc iudicio.

1 ☞ Filius miles patri obedire debet.
2 Actiones famose non dantur contra patronum vel parentem.
3 Pater filio emancipato operas imponere nõ potest.

De obsequijs a liberis ꝛ libertis parentibus ꝛ patronis prestandis. Rubrica.

Super rubrica. Supra dixi ꝺ iure patronatus.ꝛ qꝛ patronis liberti debẽt obsequiũ iõ po-
1 nit hũc titulum.† Etiã filiꝰ miles debet obedire patri alias punitur.j.eodez.l.j.inter collibertos matrem ꝛ filiũ pietatis ratio salua est.eadem.l. §.j.Si filius patrem ꝛ matrẽ contumelijs afficiat vel in eos manus inijciat;punitur.ead.l.§.si filius.indignus est militia qui patrem ꝛ matrem maleficos appellauit.famose actiones non dantur contra parentes vel patronos etiam si de facto tantum infament.vt.j.eo.l.honori.Et solius dei est infamiam facti remittere.qui manumittit pecunia accepta.Si sponte ad ingrati accusationem admittitur.si ex necessitate repellitur.j.eod.l.titius.per procuratorem potest peti ingratus libertus.j.eo.l.per procura-
2 torem.† Famose actiones vel exceptiones vel dolum arguentes non dantur contra patronum vel parentem.j.eod.l.parens.ꝛ.ll. sequentibus.ꝛ inquantum facere possunt damnãtur ꝛ talis honor eis seruatur.Etiam si pro alijs interueniat heres liberti non succedit patrono defuncto.j.e.l.heres liberto.ꝛ filio videri debet
3 sancta ꝛ honesta persona patris ꝛ patroni.j.eo.liberto.† Pater filio emancipato non potest imponere operas.j.e.l.nullum.qꝛ liberi parentibus pietatem non operas debent.liberta ingrata nõ est que vtitur arte sua contra voluntatem patroni.j.e.l.vlti.

Etiam militibus. Ibi pietatis ratio ꝗ ꝛ suadet a milite filio alimenta prebenda.vt.s.de liberis agnoscendis.l.si quis a liberis.§.a milite.Oldradus.In glossa vel a patre:ibi.de emancipatio.liberorum .imo est in titulo de patria potestate.Oldradus.Et not.glossaz que dicit quod iura ꝛ certa equiparantur.

Si filius. Ibi.quos non ponitur discretiue sed demonstratiue.Old.ibi.afficit infaustas voces aduersus eos iactando.vt.s.de his qui.vt indig.l.si inimicitie.Old.ibi per modum.i.qualitatem.pro hoc.s.ti.proxi.l.diuus vespasianus.§.j.Ray.colligit ex textu ꝛ gl.qꝺ crimẽ commissum per filium in patrem est.

1 ☞ Infamia facti a solo Deo potest remitti.

Honori. Ibi in eos detur.s.vbi agitur de delicto procuratoris vel interuentoris eorum.vt.j.eo.l.licet.in fine.que est contra ibi.ita ꝛ litigantes per procuratorem.Oldradus in glossa.vt et j.de iniurijs.ibi.nisi sit atrox.scilicet commissa in filium emancipatum.secus si esset in potestate quia non ageret etiam pro atroci.vt.j.de iniurijs.l.pretor.§.preterea.Oldradus in glossa.scilicet
1 de facto † quam infamiam facti remittere solius dei est vt notatur extra de purgatione canonica.cap.ex tuarum.in principio vltime glosse.

1 ☞ Liberalis nemo iudicatur in necessitatibus.

Titius. Qui manumittit pecunia accepta si quid sponte ad ingrati accusationem admittitur ipse ꝛ filij eius.si vero ex necessitate ista accusatio sibi non competit.h.d.ibi.venire id est vendi. Dyn.ibi.exoratus.i.rogatus dominus ab ipso seruo.Dyn.ibi an eum manumissum.Dyn.ibi.dederit libertatẽ facto pacto cũ seruo proprio facto.Dynus.ibi.prestitit qꝛ non tenebatur stare pacto.vt.C.de trãsactionibus.l.interpositas.ibi.iste qui emit vt manumitteret.Dyn.In glo.facto pacto ibi nam idem est tũc.s.
1 cum sit pactum cum solo seruo.In glossa vlti.in fine † ꝛ in necessitatibus nemo liberalis existit.vt.s.de legatis.ij.l.vnum ex fã.§. si de falc.ꝛ de adimen.lega.l.rem legatam.in fi.

1 ☞ Actiões famose cõtra patronos vel parẽtes nõ sunt dande

1 **Parens.** † Actiones vel exceptiones famose vel dolum arguentes non dantur cõtra patronos vel parentes etiam si alieno nomine interueniant.h.d.cum duabus.ll.sequentibus.ibi faciẽdum calumniose filio vel liberto.Dy.ibi.famose de iure.Dyn. ꝛ vide qꝺ nof.j.de furtis.l.penul.ꝛ.s.rerum amo.l.ij.

Licet famose. De facto ꝛ de iure.Dyn. ibi. interuentoribus contentis ex proprio dolo etiam in fauorem parentis vel patroni commisso.arg.j.de regul' iur.l.neqꝫ interdicto.Oldradus.Et sic cessant contraria in glos.vlti.in fi.ꝛ rationem diuersitatis inter illam legem.ꝛ.l.quesitum.eo.tit.dic vt ibi nota.Ray.

Heres. Extraneus ꝛ etiaz filius natus post manumissionẽ.Dy.in glos.ideoqꝫ ei.s.heredi liberti.Dy.ibi.nõ succedit.s.patronus defuncti liberti.Dyn.ibi.C.de obsequijs.imo est de libertis ꝛ eorũ liberis.in fi.qꝛ ibi loquitꝰ liberto viuo hic eo mortuo.Ray.

Liberto. Moralis est hec lex.ꝛ facit in auten. de incest.nupt.§.si vero ꝯtigerit.dy. in glo.vlt.quisqꝫ sit ꝛ vnde nomen assumpsit.j.de verbo.signi.l.quibus precipua.Ray.

Nullum. Circa hanc legem vide quod plene dixi infra titulo primo.lege vt iureiurandi.

1 ☞ Concessio impositionis operarum ad quid inuenta fuerit.
2 Libertus iureiurando ad operas obligatur.
3 Seruus emptus vt manumittatur ad operas non tenetur.

Famulus

4 Famulus post conualescentiam tenetur ad operas tēpore infir
mitatis omissas.
5 Laboratores in estate dormire possunt de die.
6 Liberta maior annis quinquaginta liberatur a prestatiōe ope
rarum.
7 Promissio sine causa an valeat.


¶ De operis libertorum. Rubrica.



Super rubrica. Que differēt ia
est iter obsequiū
et operam vide qd not. C. de neg. gest. l. officio.
et ɔtinua sic qr inter cetera iura patronatꝰ hoc
ius habent patroni in libertos vt dent liber-
ti operas obsequiales sine īpositiōe. vt. s. de cō
di. inde. l. si non sortem. §. libertus. Ideo post tractatum de iure
patronus ponitur de operis libertorū. videamꝰ quid sit opera.
ff. eo. l. j. Qualiter diuidatur. ff. eo. l. opere. dicetur a quibus et qñ et
qualiter imponantur. ff. e. l. vt iurisiurādi. et l. seruus patroni. qbus
modis remittantur opere. ff. e. l. interdū. et l. q libertinꝰ. et l. penulti.
Odof. et vide distinctionē operarū q̄ no. in glo. magna. s. de cō
di. inde. l. si non sortē. §. libertus. vbi de hoc plene. et in sum. Azo.
1 huius tit. et qd plene dixi. C. e. l. j. Diffinitio opere. ff. e. l. j. † cōces-
sio impositionis operarum inuenta fuit ad coarctandū aliū q̄ exi-
gebātur a liberis. ff. e. l. ij. Quomodo debeāt solui opere diurne
et an possunt p partes solui. ff. e. l. operas. Petitio operarum trans-
mittitur ad heredē. ff. e. l. a duobus. stipulatio operarum sibi liberisqz
suis extenditur etam ad posthumos. ff. eod. l. si quis operas. Et
an ad nepotes posthumos. Et nota qꝫ filio etiā posthumo po-
test per stipulationē queri. fabriles opere trāseūt ad heredes, offi
2 ciales non. ff. eo. l. fabriles. † Libertus iureiurando obligatur ad
operas. ff. vt iureiurando. et sufficiens causa est manumissio in p
missione operarum vt non dicatur sine causa. et an iuramentū fa-
ciat validum. qd alias esset inutile et iurauerit statim debet iter-
poni non ex interuallo opere imponi non possunt manumisso
ex cā fideicōmissi. eadem. l. §. rescriptum. etiā impuberi possunt
opere imponi. eadem. l. §. dabitur. An filij habeāt petitionem
operarum p hereditarijs portionibus an p equalibus. ea. l. §. si
liberi. Et quomō debeat diuidi feudū inter filios. si duobꝰ pa-
tronis sint pmisse opere qualiter soluatur. ff. eo. l. si quando. Et
an petatur opera preterita vel estimatio p liberto pōt quilibet
iurare vel fideiubere. ea. l. §. fi. Quomodo et quibus prestentur ope
re fabriles et officiales. ff. eo. l. opere. Seruꝰ qui patrono stipula
tur operas debet ɔcipere verba in persona patroni et nō in sua
ff. eo. l. seruus. Si libertus pmittat patrono aut titio soluendo
3 titio nō liberatur a patrono. ea. l. §. j. et ll. sequētibus. † Emptus
vt manumittatur non tenetur ad operas et ille cui libertatis cau
sa bona adijciuntur non potest operas imponere. ff. eo. l. si quis
hac. l. iudicium. de operis locum habet cum preterite sunt. ea. l.
§. iudicium. licet libertus habeat vxorem tenetur ad operas. ea.
l. §. etiam. si vxor liberta impuberis debet nubere consensu tuto
ris. eadem. l. §. fi. Liberta cum desinit esse nupta tenetur ad ope
ras. ff. l. plane. Et facit quod apostata exiens de monasterio te-
4 neatur creditor. sicut prius. † Et quod famulus post conua-
lescentiam teneatur ad operas quas non prestitit propter infir
mitatem. et an idem in vasallo. et de hoc in. l. sequenti. vt etiā qua
liter exoluantur opere duobus patronis. libertus excusatur ab
operarum prestatione propter etatem infirmitatis. vel si eiꝰ vi-
ta minueretur. ff. eo. l. nec audiendus. suo victu et vestitu prestare
tenetur libertus operas patrono nisi se alere non possit. et tunc
aut patronus debet eū alere aut concedere sibi tempꝰ quo pos-
sit sibi victum querere. ff. eo. l. suo victu. et. ll. sequentibus. et fa-
cit an vasallus vel alius qui seruire tenetur debeat seruire suis
sumptibus. Et an fictuales teneantur consignare fictum domino
suis expensis. et si in societate vnus ponit operam alius pecu-
niam. qd ponens operam debeat suis sumptibus ire p societa-
te. Et nota rationē magis generalem quam legem. l. qd quilibet
tenetur dare suis expēsis quod promisit quādiu in rerum natu
ra est. An libertus sequi teneatur patronum ad prestandum ei
operas. ff. e. l. quod nisi. §. ex prouincia. Et an aduocatꝰ tenetur se
qui cām ad alium locū translatam. Et an vxor teneatur sequi vi-
rum. opere prestande sunt patrono cum eas petit, siue hoc dica
tur siue non. ff. eod. l. cum patronus. Et facit an vasallus non re
quisitus teneatur seruire domino. ope promisse patrono deben
tur liberis si ei heredes extiterint directo et non per alium. ead.
l. §. cum libertus. tempus conceditur liberto qui tenetur ad ope
5 ras quo possit necessaria corporis facere. ea. l. §. fi. † Et facit qd
laboratores in estate possint dormire de die. qualiter differant
et soluantur opere certe et incerte. ff. eod. l. he opere. et si tabellio
omittat exercere officium tabellionatus qd non cogatur instru
menta noua facere sed iā facta explere. si patroni stent in diuer
sis locis quomodo debeat libertus eis operas prestare. eadem
l. §. si patroni. in operis tacite inest certum tempus quo prestari
debent et certe non possunt peti nisi preterite. ff. eo. l. quoties. Ol
dra. An patronus possit operas liberti alij locare. ff. eo. l. patro
nus. An patronus medicus possit cogere libertum medicū qd
eū sequatur: et pro hoc magis lucretur ipse patronus. ff. eo. l. me
dicus. si libertus est medicus vel ioculator tenetur seruire de ar
te sua non solum patrono sed etiam amicis eius. ff. eo. l. si liber-
tus. liberta plurium patronorum si nubat vnius voluntate te-
netur operas alijs prestare. ff. eo. l. si duorum. Et an ius patrona-
tus transeat ad heredem extraneum vel filium exheredatum. ff.
eo. si operarum. Et an ius patronatus ecclesiasticū transeat cū
vniuersitate. Et an singulari titulo in aliam ecclesiam et quid cō
petat ex tali iure patronatꝰ. si libertus promisit dare quot ope
ras patronus voluerit si inique arbitretur. reducitur ad arbi-
triū boni viri. ff. eo. l. si libertus. Et idē in pronūtiamēto arbitri
vel arbitratoris licet libertus sponte aliquo tempore prestiterit
operas nō cogitur in futurum prestare. ff. e. l. operis. promissa p
libertum causa onerāde libertatis non valent. ff. eo. l. qui oneran
de. An libertus prestare teneatur operas et se alere. ff. eo. l. si pa-
troni. Si libertus adipiscatur dignitatem an liberetur presta-
tione operarum. ff. eo. l. interdum. Et an vasallus vel emphiteota
6 cedendo rem feudalem vel emphyteoticariam liberetur. † Li-
berta maior quinquaginta annis liberatur a prestatiōe opera-
rū. ff. eo. l. liberta. Si patronus manumittat libertū vt cū eo con
trahat societatem non valet pactum. ff. eo. l. labeo. Liberi excu-
sant libertum a prestatione operarum vbi artem ludicrā exer-
ceant. ff. eod. l. qui libertinus. Et etiam qui mortui nascuntur et
an liberi amissi prosint ad excusationem nō solū patrono pos-
sunt promitti opere sed alij eius nomine. eadem. l. §. nihil. Et an
possit libertus alij delegari. et quomodo liberari possit. ab ope-
ris preteritis liberari potest defunctus sed non heres. ea. l. §. fin.
Et an post mortem quis possit ab excommunicatione absolui.
libertus non tenetur ad operas quas sine turpitudine vel peri
culo vite prestare non potest. ff. eod. l. hec demum. Et an idem in
vasallo et si libertꝰ artem deponat et dignitatem assequatur an
liberetur a prestatione operarum licet opere non sint in obliga
tione quia in modum cōditionis adiecte tamen petuntur et nō
estimatur onerāde libertatis adiecta. ff. eo. l. si ita stipulatio. Et
an stetur estimationi operarum facte per patronū tempore im-
positionis. eadem. l. §. j. si bona patroni vendātur per creditorē
pro operibus preteritis nō datur patrono actio. ff. eo. l. si bona.
Idem si obligatio contrata. erat licet dies postea cedat et facit
quod qui cedit bonis non possit agere ex antegesto. libertus li-
beratus ab obligatione operarum nihilominus tenetur ad ob
sequiales et alimenta. ff. eo. libertus. et facit quod filius qui ami-
sit partē sibi datā a patre nihilominus possit petere alimenta.
qui manumittit ex necessitate non potest operas imponere: et si
per errorem promittatur nō valet qr iuri publico derogari non
potest. ff. eodem. l. cerdonem. si libertus efficiatur miles liberatur
ab operis. mora liberti nocet fideiussori non econtra. ff. e. l. si li-
bertus moram. an libertus vtens eadem negotiatione qua pa-
tronꝰ possit phiberi per patronū. ff. e. l. libertus negotiatores.
liberta cōcubina non tenetur ad operas sicut nec vxor. ff. e. l. li-
berta. libertus promittens operas ex certa scientia cum non te
7 neatur videre donare. ff. e. l. cāpanis † . et facit qd promissio sine
causa valeat et presumatur donatio. patronus et filij eius ma-
sculi cōsentiētes nuptijs liberte operas petere nō possūt qr ope-
rari dz viro. secus in filiabus et neptibus patrem. ff. e. sicut et an
vxor operari debeat viro et ab eo alimentari libertus pōt quam
doqz duobus patronis opes simul prestare. ff. e. l. duorum ope-
rarum prestatio cōsideratur ex dignitate facultatibus cōsuetu
dine et artificio edentis. ff. e. l. operarum. et quicūque operas pre
stare tenetur ali debet ab eo cui prestat licet libertꝰ vni assigne-
tur tamen omnibus prestat operas. ff. e. l. si.



Hoc edictum. Construe sic hoc edictum
coarctande persecutio-
nis impositorum libertatis causa pretor proposuit
Dy. et dic hic edictū qd concessit actionē ad operas p̄
tor proposuit coarctande persecutionis etc. vt ad concessionem
actionis pro operis sequatur exclusio aliorū que olim poterat
patronus consequi etc. Jacob. vltra et minus. Dyn. ibi exercuis
se subaudi in tantum vt premeret etc. Dynus.



Operas. Certas vel incertas. Dynus. ibi of
ficij diurni alias officium diurnum
Dy. et vide qd no. et dixi. ff. de verbo. obli. l. in stipula-
tionibus. §. operarum.


Duobus. Ibi filio patroni pmortui. dy. ibi ne quicquã hoc.id est operarũ petitio.dy.ibi cõmune.s.qd dicitur de petitione operarũ transmittenda ad filiuz patroni premortui non obstante quod alius patronus viuat nihil habet commune cũ hereditate ꝛc.ibi opera certa. Dynus in glo.vltima in fine.multo ergo magis filio alteriꝰ patroni altero supstite.vt.s.

1 ☞ Pater posthumo prouidere potest in operis sicut iaz nato.
2 Liberi ex stipulatione operarum post mortem agere possunt.

1 
Si quis operas. †Sicut potest pater prouidere in operis filio iaz nato ita ꝛ posthumo.hoc dicit dynus.ꝛ dic operas certas vel incertas.dy.ibi posthumos nota. posthumo posse stipulatione queri vt ꝛ.s.de leg.ij.l.peto.§. fratre penultimo responso ꝛ ibi notatur ꝑm Jo.in gl. signata sup verbo vlterioꝛ ex familia supersit.Old.Sed nũquid ad posthumos nepotes ꝛ videtur qd sic.s.de testa.tutel.l.qd si nepotes in fi.ꝛ de in ius vocando.l.sed si hac.l.§.liberos.qd credo verum si erant concepti in vita stipulantis.argu.de iniusto testamẽto. l.si quis exheredato.§.j.ꝛ.j.de suis ꝛ legitimis heredibus.l. titius ꝛ.l.sequen.ꝛ per mortem aui sunt futuri sui iuris.argu. s.de testa.tute.l.j.de vulga.ꝛ pupilla.substitutione.l.ij.ꝛ.j.de verbo. obli.l.quodcunq3.§.ij.vel dic etiam post ideo.vt.j.titulo proxi.
2 l.paulus.§.penultimo.sed in alio casu dicit.†Itẽ no.qd ex hac stipu.agunt liberi demum post mortem.vt.j.e.l.vt iureiurandi. §.fi.Jaco.in glos.vlti.in fi.not.speciale in opera.vt.s.cum sit facti queratur per patrem obligatio eius filio qd nõ est al's.vt.j. de verbo.obli.l.quod dicitur vbi de hoc plene ꝛ idem in vxore vt.j.de liberali causa.l.finali.ibi dummodo ꝛc.Jac.


Fabriles. Scilicet certe.Dy.ꝛ dic fabriles. id est artificiales vel.i.opere cõsistentes in aliqua fabrica.Jaco.ibi certe que vt scriptorie pictorie ꝛ semper dic certe.Jacobꝰ.ibi.consumunt vt omnes certe.dyn.ibi.officiales in faciendo consistentes.Old.in fi.scilicet ad heredem extraneũ.Dy.ꝛ vide qd not. s.de condi.indebiti.l.si non sortem.§.libertus in glo.magna.

a ¶ Si liberi. adde ad hũc §.bart.consi xxxij.ꝛ.in.l.si mihi ꝛ titio. de verb.obli.

1 ☞ Manumissio est causa sufficiens vt obligatio operarum sine causa dici non possit.
2 Juramentum superueniens an faciat valere qd al's est inutile.
3 Sacramentuz quodlibet validum est ad agenduz ꝛ excipiẽdũ.
4 Pater si filios instituat diuersis portionibus qualiter funduz communem inter se diuidant.


Ut iurisiurandi. Obligatio subaudi super operis.Jaco. ibi ꝛ libertatis causa ex manumissione contingentis
1 Jaco.q.d.†sola manumissio est sufficiens causa vt operarum obligatio sine causa dici non possit ꝛ per hoc reddatur ope exceptionis inefficax.vt.j.de doli exceptiõe.l.ij.§. circa. sed licet ista sit sufficiens non sola sed ꝛ alia:ꝛ hoc subijcit plane.ꝛc.Oldra.ibi plane queritur si quis patronus. Jaco.ibi legauit fundum forte.Jaco.ibi obligetur.s.libertus cui erat obligatum relictum.dy.ibi.siue statim post manumissionem.Dyn. ibi.post tempus.i.ex interuallo.Dy.ꝛ vide quod plene dixi.C.
2 eo.l.prima.Cõsueuit qri †an iuramentũ faciat valere quod alias est inutile.Et videtur quod sic iure nostro vt hac.l.C. si aduersus vendi.auẽ.sacramenta in auẽ.de iureiuran.a moriẽ.prestito.§.j.s.de lega.iij.l.cum quis decedens.§.codicillis .ꝛ de lega.ij.l.cum pater.§.filius matrem.in contrarium videtur. s.de pact.l.iurisgentium.§.j.generaliter.C.de legi.l.non dubium de hoc dixi.Item inter alia vestimenta pactorum non est iuramẽtum ergo ꝛc.per locũ a sufficienti partium enumeratione .vt.s. de his qui sunt sui vel alieni iuris.l.patre furioso.quidã distinguunt aut queritur vtrum iuramentũ faciat validum quod al's non valet quantuz ad actionẽ aut quantum ad exceptionẽ.primo casu dicendũ est regulariter quod nõ:qꝛ pactum nudũ non inducit actionem etiã si iuretur vt dicta.l.iurisgentium.§.quinimo.ꝛ.§.generaliter.s.de pactis.nam nihil aliud est vltra pactũ nisi quedam qualitas seu religio:vnde quo pactum non inducit actionem inconueniens esset qd qualitas debilis sufficeret ad eam inducendam fallit in duobus casibus.primus est in casu huius.l.ꝛ.s.de liberali causa.l.fina.ꝛ ratio est qꝛ mirabiliter obligatur libertus patrono qui non de homine fecit euz hominem hinc est qd esset re ipsa obligatus.vt.C.de in ius vocãdo.l. veniam.Item fallit si testatoꝛ in minus solẽni testamẽto legat nam si iurat prestari non debẽtur nisi fuerint ab intestato repetita.vt.C.de fideicommis.l.eam quam.sed si iurat iuramentum actionem inducit vt dicta.l.cum quis decedens.§. codicillis ꝛ dicta.l.cum pater.§.filius matrem.ꝛ est ratio qꝛ licet iuramentum nõ sit vestimentũ pactorũ,leges tamen interpretãtur legata tacite repetita ab intestato ne testatoꝛ periuriũ icurrat. secũdo casu cum queritur an faciat validum quo ad exceptionem inducendam,dicendum est quod sic vt dicto.§.codicillis.nam cum testatoꝛ confitetur se debere mihi centũ ꝛ heres repellit me excipiendo quod confessio fuit erronea tunc iuramentum testatoris habeat excepti.repellere ad idem in auẽ.de iureiurã.a mori.prestito.§.primo.ꝛ eodem modo repelleret a beneficio qd al's circunscripto iure alicui competeret saltem si est odiosum vt in auẽ.sacramenta.sed dices tu imo.ibi sacramentum proficit ad agendum.nam ex vẽditione a minoꝛe facta siue de certo nõ datur actio cuz nulla sit ipso iure.vt.C.de predijs mino.l.prima .ꝛ per totũ.sed si iurat,tunc actio competit ꝛ sic illa autẽ. videtur contra predicta secundum intellectum communem:sed certe ille intellectus non est verus qꝛ illa autẽ.debet intelligi quando vẽditio facta fuit cum decreto ꝛ iuramẽto vallata vt ibi tenẽt iaco.de rauẽ.ꝛ pe.predicta sunt vera de iure nostro : sed iure canonico secus qꝛ canoniste magis curant de spiritualibꝰ accessorijs quam de tempoꝛalibus principalibus ꝛ ideo secunduz eos
3 †quodlibet sacramẽtum est validum ad agendum ꝛ excipiẽdũ dum tamen nõ vergat in interitũ salutis eterne vt extra de iure iuran.c.cum cõtingat ꝛ.c.si vero.ꝛ est ratio qꝛ licet iuramẽtũ nihil sit nisi qualitas pactum nudũ principale tamẽ sibi accedit. qd autem dixi iuramentũ non proficere ad agendũ vt per totũ titulum de iureiuran.§.ꝛ.ff.ꝛ est ratio qꝛ hic est contractus ex quo actio potest procedere ꝛ oriri ꝛ sic intelligatur.s.de iureiuran.l.ij.item predicta sunt vera nisi iuramentum prestitum fuisset contra bonos moꝛes quia sic nõ est obligatoꝛiuz vt extra de regulis iuris.c.non est obligatoꝛium.libꝛo.vj.ꝛ vide ibi notata per dyn.ꝛ alios in glo.etiam causa legati in fi.ꝛ hoc plene soluitur in fi.j.de liberali causa.nam si sciens se nõ teneri promittat quãdocunq3 tenetur si credens se teneri si quid incontinenti presumiẽ fecisse causa libertatis si ex interuallo non presumiẽ. dy.

Dabitur. Ibi nam.huius quoq3.s.impuberis. Dy. in gl.sic ergo pupillus in fi.al's iuramẽtuz ipsius nõ seruaẽ.vt.s.de iureiurando.l.qui iurasse.in principio.

a **Si liberi.** [a] Ibi operaruz actionẽ subaudi queritur. Dynus.ibi habituros actionem ꝛ sic non diuiditur pro hereditarijs poꝛtionibus.Oldra.ꝛ cõcoꝛ.in auẽ.
4 de nup.§.soluto.ꝛ sic facit iste.§.†si pater instituit filios de diuersis poꝛtionibus ꝛ habebat fundum qualiter diuidi.debeat inter eos:ꝛ videtur primo quod pro hereditarijs partibꝰ.vt.C. de testamento militis.l.quãquam.ꝛ de institu.ꝛ substitutioni.l. prima.tu dic quod debet inter eos equaliter diuidi.argumentum huius.§.ad contrarium dic quod ibi tractaẽ de his qui ꝑueniunt ad filios iure hereditario ꝛ ideo pro hereditarijs poꝛtionibus diuiditur sed fraude non peruenit ad filios.sed quid si pater disposuit de feudo vnum instituendo ex filijs in tertia parte feudi,aliumi n duabus:dic ꝙ talis dispositio nõ valet et ea nõ obstante fit inter eos equalis diuisio vt in vsibus feudorum succe.feudi.c.j.Dyn.Jaco.ꝛ Oldradus.


Si quando. Ibi partem opere.s.preterite. Dyn.ibi petatur. videẽ ergo qd semper opera petatur sed estimatio soluaẽ.Jac. imo videẽ tm̃ qd estimatio tm̃ petatur.vt.s.de vsufr. lega.l.si vsufructus mihi.Old.De hoc.j.l.proxi.ibi qd cõtingit scilicet qd opera debeaẽ duobus.ꝛ dic cõtingit.i.cõtingere potest.dy.in fine.i.obligatur cũ effectu qualiter aũt debeat cõcipi fideiussio pro operis dic vt no.j.de fideiuss.l.si quis pro eo. dy.

1 ☞ Opera incerta qualiter prestari debeat.


Opere. Ibi non sunt:ꝛ ideo non mirum si petita opera estimatio perducatur in condemnatio.vt.s.l.proxi.ꝛ arg.j.de verbo.obli.l.si seruum stipu.§.fi.Jaco.ꝛ ibi erat in obligatione rez dari hic autẽ fieri.Old.ibi.sed officiales incerte ꝛ preterite. dy.ibi quam patrono nisi essent promisse alij.nisi enim sic exponas sonaret ista litera qd opere incerte nõ possunt deberi nisi patrono quod falsum est.vt.j.de duobus reis.l.nemo.Ray.ibi.consistit
1 q.d.si alij prestarent essent alie opere.arg.j.eo.l.quia.† Uel dic quia opera incerta debet prestari ꝑm cõditiones edẽtis ꝛ eius qui editur si tamen inter eos ius patronatꝰ versetur.Uel expone vt not.j.eo.l.he opere.Raynal.in artificio.certo.dy.


Seruus patroni. In glo.prima ibi patet igitur si valeret stipulatio cum seruꝰ verba stipulatiõis dirigit in suam personam ibi ex persona scõm ꝙ de iure nõ posset

possit ibi non conveniret hanc rationem tene z eam declara vt notatur.j.eo.l.he opere. Ray.

Si quis hac lege.

In.§.etiam si vxore ibi habeat libertus etiam de voluntate patroni. Dy.

1 ¶ Famulus tenetur ad operas in infirmitate omissas.

Plane.

Argu.contra apostatam qui exivit de monasterio qd teneatur creditoribus sicut tenebat ante ingressum.z pro hoc.j.de adulteriis
1 l.divi.§.fi.† Item est arg.qd post convalescentiam famuli possint exigi ab eo opere preterito tpe infirmitatis sed contrarium videt.j.l.proxi.ibi peti posse.i.dies operarum cedit.nam ante non cedit z loquitur de incertis.vel dica.iudi.z sic petatur. Ja.

1 ¶ Vasallus non tenetur ad servitium quod tempore infirmitatis non potuit domino prestare.

Libertus.

Ibi impeditur illis diebus quibus operari debuit. Jacob⁹.ibi.non tenetur.i.non cedit dies pro parte.z ideo nec petitio pro parte vel possit patronus dicere aliqua pte diei elapsa libertum pro parte lapsa teneri sed toto die elapso potest peti pro parte.vt.s.eo.l.si quando. Jaco.ibi.ideo quia non recipit divisionem in substantia. Oldra.ibi.potius deberi.s.civili-
1 bet.dyn.z est argumen.† qd non imputetur vasallo.si in infirmitate impeditus debitum servitium prestare non potuit. Item qd vasallus non teneatur servire dno irrequisitus:licet tamen contra si fiat videtur contra si sciat dno expedire vt in vsibus feu.si de feudo controversia fuerit.c.vasallus.z titu.hic finitur lex dein de consuetudines regni incipiunt.§.quantocunqz. Dy.

Nec audiendus.

Ibi vel infirmitas facit ad id qd dixi.s.e.l.libertus.qui post ibi si poscit idem petit:z debet esse scriptum per se.qz est ab hoc verbo posco poscis.

1 ¶ Vasallus domino suis expensis servire tenetur.

Suo victu.

a Ibi opas certas.dy.facit h
1 ex qd † vasallus teneat servire domino suis expensis. De hoc plenissime vide in summa feudorum. Jaco.ardezonis titulo quibus modis feudum acquirat scda charta.versi.si vero nomina im est servitium.z versicu.sequentibus.z in speculo de feudis.§.qm super homagiis.ver.xxiij.queritur:z in libello Rofredi iuris canonici.titulo de honore debito patrono.j.colum.z quod teneatur servire suis expensis facit.j.eo.l.qd nisi.in princi.de hoc satis dixi.s.de legibus.l.de quibus.penulti.colum.versic.item quero an de iure sit. In gl.j.ibi.que sunt contra.hec opinio azo. approbatur.s.de coditione indebi.l.si non sortem. In glossa magna ibi.alii econtra:hanc sequi videtur dyn.vt patet in apostilla.s.in textu posita super verbo operas dum dicit certas.z.j.eo.l.imponi. De hoc etiam vide quod notavi.C.eodem.l.liberti.

1 ¶ Fictualis fictum biadi suis sumptibus ad domum domini conducere debet.
2 Vasallus domino absenti servire non tenetur.

Quod nisi fiat.

Id est nisi prestet vict⁹ z victus z vestit⁹ vt tempus cocedatur.vn sibi qrere possit.dyn.ibi.qz vnusquisqz ratio generalior quam lex. Et nota hanc rationem que pulchra est z notabilis. Ol.z facit qd si in societate vn⁹ ponit operas alter pecuniam:quod debeat ille qui operam ponit suis sumptibus peregrinari:z equos ad vecturam accipere.sed Jac.
1 de are.tenet contra.C.pro socio.l.j.† Item facit hoc qd fictuales qui tenentur prestare fictum bladi teneant illud coducere suis sumptibus ad domum dni.licet.j.i.pxi.videat contra. Et pro prima opinione facit qd si legat servus absens heres tenet rquirere eum suis expensis z repertum legatario tradere.vt.s.de leg.j.l.servo legato.§.fin.de hoc dixi.C.de epis.z cle.l.iubemus.

Ex provincia.

2 Jlle.§.facit qd † vasallus no tenetur servire dno absenti nec eum sequi.de quo dic plene vt nota.in summa feudorum.scda charta.ver.z quod dictum est locum habet.ad hoc facit.s.de cod.z demon.l.penul.§.de procu.sed z he.§.j.z ibi in glo.vbi queritur an advocatus teneatur exire domicilium z prestare patrocinium in causa.de q vide qd notavi z dixi.C.de suffragiis.l.j. Et in Brocardis de certis z dubiis.vij.pres. Rubricella an cogat advocat⁹ ire per provincias. Item facit an vxor teneatur sequi virum peregrinantem vel vagabundum.de quo nota.xiij.q.ij.c.ebron.z.c.vna queqz.xxxiij.q.ij.c.si quis necessitatem.extra de divor.c.quesivit.z per Innoc.de coniugio leprosorum.c.j.z Bertra.z plene dixi.C.de vxo.mili.l.j. Et concor.ad hunc.§.ff.de servis exportan.l.titius.de iudi.heres absens.de eden.pretor ait.in fine ad trebellianum.l.recusare.§.fina.z.l.sciendum ad exhi.l.sed z si.§.j.z depositi.l.si in asia.

1 ¶ Vasallus non requisitus servire non tenetur.
2 Laboratores in estate possunt dormire.

Cum patronus.

1 Facit quod † vasallus no teneatur servire nisi requisitus. De quo dic vt dixi.s.e.l.libertus qui post.

Cum libertus.

Ibi extiterint per se z directo. Dy.ibi.ad operarum certarum Dy.ibi.itaqz si quis pater idemqz patronus. Dyn.ibi.ab operarum certarum. Dyn.ibi.ac si.i.sicut. Dy.

In omnibus.

2 Operibus certis z incertis. Dy.et facit † qd laboratores possint dormire in estate.pro hoc.j.eo.l.medicus.z.l.operarum.in fi.

1 ¶ Tabellio nolens officium exercere non cogitur chartas facere antiquas tamen tenetur explere.

Heopere.

1 Ibi exercebit arg.† qz si tabellio desierit exercere officium tabellionatus quod no cogat facere chartas:antiquas tamen factas tenetur explere.vt.C.de falsis.l.si quis decurio. Jacob.z vidi vnum eorum bergomate qui fuerat tabellio firmare z explere antiqua instrumenta per ipsum ante episcopatum confecta:vt plene dixi dicta.l.si quis decurio.z ad hoc.j.e.l.he demum.ibi quis qui non sit patronus. Dyn.ibi.operas certas. Dy.in gl.vlti. In glossa q icipit z ita sine omni diminutione contraria ratio nota.j.de verbo.obli.l.eadem.§.cato. Oldra.

Quoties.

Ibi preterite.i quarum dies iam venit z preteriit. Oldr.ibi.stipulationis licet non interveniat patroni postulatio. Dyn.

Patronus.

Ibi.sz hoc vt arctat ius patronatus.dy.ibi.estimand⁹ est z io no privat iure patronat⁹.dy.ibi patoniu.i.ioculatorem vt colligit.j.e.l.si libert⁹ artem.z.C.de spectacul.l.si qua.ibi nonnunqz pdicta locum no hnt qn patronus liberto non postulante sequit.dy.in fi.si ideo iure patronat⁹ no privat. Dy. a

a ¶ Suo victu. Adde ad intelligentiam huius.l.bar.i.l.no fit.§.libertus.de codi. ir... bart.i.l. ij. ...reg.ges. ba...l.libert. C.de operis liber.

1 ¶ Comodum patroni estimat no autem incomodum libertorum.

Medicus.

Ibi qd.i.quia. Dy.ibi.i parentes id est infirmos in cura eum rogantes z est casus accusatini construit cum verbo habiturum. Dyn.ibi.id ius necne.i.an de iure teneat talis impositio operarum vel non. Dyn.ibi.liberas opas.i.que a liberis hominibus prestari solent. Oldra.ibi id ius esse.id est dictam operarum impositionem tam affirmativam quam negativam de iure tenetur. Oldradus ibi. Item rogavi.i.interrogavi ibi fructus.s.vtilitatis.z est casus genitivi z construitur cum dictione quantum que est.s. Dy.† Et sic not.estimari commodum
1 patroni non incomodum libertorum.

Si libertus.

Artem pantoniam.i.ioculatorum:vt dixi.s.e.l.patronus.ibi semper dum vult vti operis liberti. Oldra.

Si duorum.

Ibi alteri patrono tantum. Dynus ibi.ius operarum petendarum. Dynus.

Si operarum.

Incertarum. Dy. In glos.imo e ibi no fici extraneo sed none hic iam indicta erat.rndeo pris stipulationem inspici.vt.j.de verb.obl.l.insulam.§.biennium. Jacob.ibi.de acqui.re.do.l.quedam.vbi de hoc plene dixi.z p hoc in auf.de sanctissimis epis.§.si qs oratorium. Jaco.z extra de iure patro.c.ex lris.z.c.cum seculum:z ibi no. Oldr.ibi.a privato z de cosensu epi z no aliter.vt extra de iure patro.c.qd autem.in fi.z.c.illud.z de privileg.c.cum z plantare.§.ecclesias. Jaco.z Oldra.ibi.a quodam privato.i.habet ius disponendi bona temporalia que forte patron⁹ cotulerat:honesta tamen portio presbytero reservatur.vt extra de prebendis.c.de monachis.de privilegiis.c.cum z plantare.§.in ecclesiis.z.xxi.q.ij.c.fi.z sic idem ius sortit qd haberet ex edificatione:vbi hoc idem contingeret.

xvj.q.ij.c.fi.⁊.c.antepenul. Jacob.ibi.cū omni suo iure. Argu.
optimum ad collationem factam cum omni suo iure. Jaco. Et
ita apponitur cōmuniter in instrumētis collationū ⁊ bñficiorū
cum omnibus iuribus ⁊ pertinētijs suis ibi.c.sane credo qđ gl.
voluerit allegare.c.sane.quod est.xvj.q.ij.⁊ eadem cā.qōne. vij.
c.sane.⁊ extra de iure patroñ.c.cum seculum.⁊.c.cū laici. Nam
ista glo.defectiua est:qualiter autem ius patronatꝰ sit apud he
redes patroni.dic vt extra de iure patronatus.c.j.cum ibi nota
tis.⁊ vide.s̄.de contrahen.empti.l.in modicis.

1 ☞ Arbitrium iniquum peti potest reduci ad arbitrium boni viri.

SI libertꝰ ita iurauerit.

Ibi id faciant.i.obligationem in eorum persona contrahen
dam in alterius arbitrium cōferant. Old. rationabi
1 lis ⁊ equa est hec lex ⁊ facit bene ad materiā† qđ possit peti re
duci arbitriū iniquum ad arbitriū boni viri nō obstante pacto
in cōtrarium adhibito.de quo no.per Dy.extra de regu.iur.c.
scienti.⁊ notaui.C.de arbitris.super rubrica.⁊.l.si quis arbitra
tu.j̄.de verbo.obli. Facit etiam ad hoc quod vidi sepe contin
gere qđ siquis iniuriam fecerit potestati vel eius familie ⁊ pro
misit vel iurauerit stare preceptis eius ⁊ arbitrio: qđ si inique ar
bitratus fuerit quod tale arbitrium possit peti reduci ad arbi
triū boni viri.⁊ ad hoc optime facit.extra de iureiurando.cap̄.
veniens.⁊.c.quintauallis.vbi de hoc late per Inno. ⁊ extra de
electio.c.causam que. In glo.hic.que incipit arg.est hic.

☞* Casus singularis.

1 ☞ Prestatio decennij an obliget aliquem in futurum.

OPeris.

De hac materia no.x.q.iij. q: cognouimus. ⁊ plene dixi.C.de pactis.l.si
1 certis annis.in gl.in fi.vbi finaliter sic distinguit† v
trū prestatio decēnij obliget aliquē in futurū.sic di
stingue aut allegatur sola p̄statio ⁊ pbatur.⁊ tunc nō obstat vt hic
⁊.j̄.de sol.l.creditor.§.titius.aut allegatur stipulatio ⁊ pbatur
prestatio ⁊ tunc propter prestattionem presumitur interuenisse
stipulatio ⁊ sic obligat: vt dicta.l.cū de in rem verso.de vsuris
aut probatur prestatio ⁊ allegatur pactum nudum ⁊ tunc cū
solo pacto prestatio non obligauit: vt dicta.l.si certis annis.C.
de pactis ⁊ de vsuris.l.si creditor. Dy.

OUi onerande.

Uide qđ dixi.ff.j̄.quarum rerum actio n ō datur.l.j.§.que onerande.

1 ☞ Dignitas aduersario meo obueniens obligationis mihi quesite ius aufert.
2 Uasallus feudo cedere potest.

INterdum.

1 In fi.† Not.ꝙ dignitas obueniens aduersario meo aufert
ius obligatiōis mihi q̄site.ad hoc.j̄.e.l.opis. Ol. In
gl.vlt.ibi.in q̄busdā nō imo ppriū exēplum de muta
tione est in eo qui primo tpe operarū impositarū erat artifex ⁊
postea adeptus est dignitatem.vt.s̄.e.l.he ope.⁊.j̄.e.l.he demū
2 in fi. Et est arg.hic ꝙ† vasallus possit cedere feudo, de quo not.
extra de constitutio.que in ecclesiarū.vbi bñ tenet ꝙ sic. Inno,
contra. Sed de hoc vide in vsibus feudo.de capitañ.qui curiā
vendidit.c.fi.⁊ titulo hic finitur lex ⁊ consuetudines regni in
piūt.c.vlt.⁊ de hoc notaui.C.de actioni.⁊ obligatio.l.sicut.⁊ de
iure emphi.l.ij.versicu.item quero.nunquid vasallus vel emphi
teota rem dimittendo.

LIberta.

Etas excusat libertā sic ⁊ ab alijs muneribus.C.qui etate.per totum.

1 ☞ Libertus per liberos excusatur ab operarum prestatione.
2 Excommunicatus post mortem absolui nequit.

QUi libertinus.

Liberi excusant libertum a prestatiōe ope
rarum ⁊ prosunt ad excusationem aliorum numerū
vt.C.qui numero libertorum.per totū ibi natos.qui
dam sunt geniti sed nō nati: vt q mortui nascuntur.vt.j̄.de ver
borum significatione.l.qui mortui. Old. In glo.qui solus.in fi.
Sol.hic ⁊ ibi fauor versatur tamen diuerso respectu q̄a hic est
fauor dissoluēde obligationis.ibi est fauor minoris etatis: ⁊ iō
ibi superstites hic etiam non superstites prosunt. Jaco.de bel.
Uel ibi de excusatione que est odiosa hic de liberatione opera
rum que est fauorabilis

Nihil autem.

Ibi alij non creditori vt diff erat precedenti in gl.ex interuallo. in fi.
solu.proximum contrarium. Jaco.

Posthumus.

Ibi intelligi potest.vt no.quē pos
se liberare defunctū sed nō heredē.
2 Jaco. Item est argu.† qđ post mortem quis non possit ab ex
communicatione absolui: sed dic de hoc.vt no.extra de senten
tia excommunicationis.c.a nobis. Oldr. Ibi fideiussores quo
que contra hoc videtur.s̄.de pactis.l.quod dictū.⁊.l.nisi hoc
actum.sed dic vt notaui.j̄.de exceptio.l.exceptiones.

1 ☞ Uasallus non tenetur se morti exponere pro domini salute.

SE demum.

Ibi intelligitur impositione operarum certarum: ita qđ
cū effectu peti possint. Dy.ibi nec enim exemplū de
primo. Dy.ibi arenarius exēplū de secundo.dy. Et
1 facit huius.l.arg.† quod vasallus nō teneatur se exponere mor
ti propter salutem domini.argumen.contra.s̄.ad silleia.l.j.§.eo
dem.⁊.§.hoc rescriptum.⁊.§.seruo. Dynꝰ. Item est argu.ad id
qđ dixi de tabellione qui deposuit officium tabellionatus vtrū
teneatur facere instrumenta vel explere antiqua. de quo dixi.
s̄.eo.l.he opere.ibi ⁊ si.i.quamuis. Ibi desierit ⁊ est forte digni
tatem adeptus. Dy.

1 ☞ Stipulatio tacita interesse est in oībus stipulationibꝰ facti.

☞*

SI ita stipulatio.

In modum cōditionis factum facit.l.videri in modum cōuentionis.h.d.dyn. Et iste
casus non est alibi. Dy.licet pcedat conditio ope p
misse ⁊ estimatio promittatur non statur illi estimationi: ⁊ sic li
cet non sint in obligatione opere q: in modū condittonis adie
cte tamen peti potest ⁊ sic est mirabile quod petitur quod non
fuit promissum nec est in obligatione. Dy.ibi si.x.incipiendo a
precedenti conditione.dy.ibi nec.xx.istud nec respicit aliud nec
quod est.j̄. Old.ibi danda sit subaudi ⁊ videtur qđ non quasi
⁊c. Ol.ibi promisse non sint quia non in modum conuentionis
sed conditionis erant apposite.dy.ibi omnino.i.totaliter a peti
tione operarū ⁊ summe loco pene apposite. Oldra.

Sequens.

Ibi condēnetur si cessauerit in prestatione operarum pro ipsarū estimatiōe.dy.
Et videtur qđ sic q: ⁊c. Old.ibi dē ratione interesse ppter ope
1 ras non prestitas qđ facere debet† quia in oībus stipulationibꝰ
facti est tacita stipulatio interesse.vt.j̄.de re iud.l.si quis ab alio
§.j.⁊.s̄.eodem.l.si quando. Oldra. Ibi indulgere: scilicet qđ pos
sit promissionem.xx.ad taxādum operarum estimationem in
ducere. Oldra. Ibi ex parte.i.ad vnum effectum: scilicet vt ta
xationē faciat. Oldra.ibi obligationem factam.super.xx. Old,
in fi.questione facta sit non ad taxandum sed ad libertatē one
randum ⁊ propterea eam in totum dicat non valere. Oldrad.
in glo.vltima.in fi.solu.vt notaui.s̄.rerum amotarum.l.de rebꝰ
⁊ in.l.nonnunquam est speciale.

1 ☞ Cedenti bonis actio non datur ex antegesto.

SI bona patroni.

Ibi venerūt id est vendita ibi preteritarum: scilicet operarum. Dynꝰ.ibi nō dabitur.s.
